non opponitur suae perfoctioni, sed eam suscipit, relatio autemopponitur termino : ergo respectu ejus perfectionem non explicat : ' et sic prout ad perfectionem non dicit, sed prout in, scilioet respectu subjecti. $iod non est sic accipiendum, quasi ipsum ad in se perfectionem non dicat; cum revera ad in subjecto sit, et includat in sed quia illam perfectionem qudm dicit, respectu subjecti dicit, non respectu termini. Sed relatio non distinguitur ab alia relatione ex parte sui in, quia hoc habet ratione essentiae sed ratione sui ad, ut tangit terminum, non ut subsistit in se, vel ut est in subjecto : ergo si ratione ad non explicat perfectionem, neque perfectio multiplicatur. Denique, ad explicationem hujus mysterii non congruit haec multiplicatio relationum, sed magis ad illam conducit, quod perfectio semper maneat una, sicut manet perfectio absoluta, et essentia, sed'quod solum in esse respectivo multiplicentur : ergo si potest salvari quod perfectio non multiplicetur, licet una, et eadem omnibus conveniat, multo congruentius est.

V. Pro secunda autem sententia est illud vulgare argumentum : Qp.ia multiplicata entitate roali, necesse est multiplicari id quod ad talem entltatom sequitur; ad ens autem sequitur bonitas vol perfectio : ergo sicut dantur tres reales entitates relativae, sic dabuntur tres perfectiones relativae, quia perfectio est passio entis. Et urgetur hoc anpliu8 in rolationibus divinis, quia rolatio, etiam ut distincta ab alia relatlonc, in Deo invenitur formaliter : ergo est capax alicujus perfectionis : nam quod est incapax perfectionis marimo elongatur a Deo, qui est summa perfectio : ergo si relatio prout distineta est formaliter in Deo, oportet quod, prout sic, sit capax perfectionis : ergo dlstinctao perfectionis, quia prout relatio distincta est. Si ergo relatio prout distincta, est capax perfectionis: ergo de facto habet illam, quia quod est ccqpax perfeotionis, et de facto non habet, caret illa; et sic erit res imperfecta.

VI. Secunda hoc urgetur, quia nystorium Trinitatis pertinet ad magnam, et intrinsecam perfeotionem Doi, ita quod si careret illo, caT^ret maglia^orfectione, cum in hoc mysterio elevetur Deus super omne quod a creaturis imitabile est, de Deo. Ergo non solum id quod pertinet ad unitatem Dei absolutam, aed etiam quod pertinet ad distinctionem Personarum, et relationum perfectionem importat in Deo: ergo id quod distinctionis est in relationibus, seu relationes, ut distinctae, perfectiones dicunt in Deo. St urgetur seu confirmatur ampliup,- quia vi mysterium Trinitatis est perfectio i)ei : ergo paternitas ut distinguitur a filiatione est perfectio in Deo, si quidem sine ipsa, ut distincta Deus trinus non esset : ergo etiam paternitas ut distincta a filiatione est perfectio sinpliciter simplex. Patet consequentia, quia integrat, et constituit perfectum simpliciter sinplex, scilicet mysterium ifrinitatia, quia in Deo melius est ipsum mysterium quam non Ipsum, et melior est relatio paternitatis, quam non ipsa, quae est definitio perfectionis simpliciter simplicis. St in hoo videntur dicta patrum convenire, qui dicunt sine Personis deitatem manere imperfectam. Unde dicit Athanasius oratione contra gregales Sabellii : "Bes conditae si non sint, non diminuunt conditorem : proles (209) autem si non coaeternaliter coexistat cum Patre detrimentum affort per¬fectioni illius substantiae." St Naxianzenus ; "Non esset deitas, si inperfecta esset; perfecta autem quomodo erit, in qua ad perfectionem aliquid desideraretur : desideratur autem si sanctitate careat, quam quomodo habebit, si spiritum non habeat." Et denique Qyrillus II thesauri, c. I : "Non potest esse perfocta deitas, nisi Eilium habeat, et fructum ex se pariat." Et sic disputatione praecedenti, articulo quarto probavimus foeounditatem, et generationem in divinis ad perfeotionem pertinere. Damascenus etiam lih. I de fide, c.XI, dicit : "Patrem, et Pilium distingui perfectionibus personalibus." Multiplioationem ergo perfectionum agnoscit. Et in epistola Agathonis papae in VI Synodo, actione IV, dicitur :l "Divinitatem Patris, et Pilii, et Spiritus sancti esse in tribus perfectis subsistentiis, sive in tribus perfectis Personis."

Ultimo : Tres relationes sunt tres subsistentiae relativae, seu personalitates : subsistentia autem est terminus substantiae, et ad ejus perfectionem spectat : ergo etiam in divinis subsistentia, quae est relaifc tamquam ultimus terminus

incommunicabilis est : ergo in quantum distincta ab alia relatione, et subsistenta : ergo distinctam perfectionem habet una relatio ab alia.

Et confirmatur, quia si solum in Deo esset una subsistentia, et personalitas, illa sine dubio esset perfectio, utpote reddens naturam illam ultimo com pletam, et terminatam : ergo si tres relationes vere, et proprie sunt tres subsistentiae, et personalitates, cur amittent rationem perfectionis "in quantum diversae, quam haberent si solum essent una ?

Confirmatur secundo, nam in divina natura esse communicabi1em, maxima perfectio est, et propria talis naturae; ergo etiam Personae divinae in quantum plures dicent perfectionem. Patet consequentia, quia in quantum plures, et distinctae sunt capaces illius perfectionis infinitae, quae sibi communicatur, et illi perfectioni identificantur, habere autem perfectionem infinitam eique identificari non modica perfectio est sed maxima : ergo Personae etiam ut plures, et qualibet ut distincta ab alia maxima perfectio fuit, et sic personalitas Verbi communicata humanitati Christi etiam ut distincta a Patre (paternitas enim communicata non fuit) maximam illi perfectionem contulit, et Personae ipsae etiam ut distinctae, et quaelibet ea rum seorsum ratione sui maximo amore, et veneratione sunt dignae cum adorentur latria : ergo sunt maxime perfectae.

VIII. Inter has sententias probabilius judico secundum mentem S Thomae relationes, etiam secundum se, et in linea, et formalitate relationis perfectionem dicere, sed non explicare illam per ordinem ad terminum, sed per ordinem ad subjectum, et fundamentum. Et consequenter non multiplicari istas perfectiones in tribus relationibus, seu Personis, quia non multiplicatur fundamentum, sed eadem perfectione etiam ut relativa est gaudere.

Prima pars conclusionis desumitur in primis ex D. Thoma supra qu. XXVII, art. II ad III, ubi inquit, quod i "In ipsa perfectione divini esse continetur, et Verbum intelligibiliter procedens, et prinoipium Verbi, sicut et quaecumque ad ejus perfectionem pertinent;" sed Verbum, et principium Verbi sunt Personae, et relationes ut distinctae ; ergo si continentur in perfectione divini esse, sicut quaecumque ad ejus perfectionem pertinent, utique Verbum, et principium Verbi ad perfectionem pertinent. Et qu. VIII de potentia, art. I ad I, inquit, quod : "Divina essentia quia conprehendit omnium generum perfectiones, nihil prohibet relationem in ea inveniri." Quae ratio nihil valet, si relatio non dicat perfectionem. Item infra qu. XXIX, art. III, dicit S. Thomas quod : "Persona significat id quod perfectissimum est in tota natura, scilicet subsistens in natura rationali. Unde cum omne illud quod est perfectionis Deo sit attribzendum, eo quod ejus essentia continet in se omnem perfectionem, conveniens est, ut hoc nomen persona de Deo dicatur." In articulo autem quarto Immediato dicit quod : "Persona in divinis significans relationem secundum quod facit distinctionem, et significat illam ut subsistentem." Igitur relatio ut subsistens, et ut personalis, quod utique convenit relationi divinae secundum se, et in linea, et formalitate relationis, licet non sub exercitio ad terminum, sed ut fundata est in suo fundamento, perfectionem dicit, si quidem nomen personae, ut dicit, si quidem nbmen personae, ut dicit, S. Thomas est nomen perfectionis, ideoque attribuitur Deo ut persona relativa est, et relatione constituta. Videndus est etiam s. doctor qu. IX do potentia, art. III, ubi distinguit in persona naturam, et modum quo existit natura. Et quidem natura est dignissima, scilicet intellectualis; modus autem existendi, quem importat persona est dignissimus, scilicet ut sic per se existens, et cum omne quod est dignissimum in creaturis sit Deo attribuendum, consequens est ut nomen personae attribuatur Deo. Igitur D. Thomas ex eo quod modus subsistendi dicit perfectionem, attribuit illum Deo; sed relatio prout distinguitur nostro modo intelligendi a natura est formaliter, modus iste per se existendi, et Incommunicabilis subsistentiae, quia ipsa est quae formaliter constituit personam in ratione personae subsistentis lncomirunl cablliter, et distinctae ab aliis Personis : ergo relatio intra lineam relationis in Deo perfectionem importat hoc ipso quod modum personalitatis importat. Denique in IV contra gentil. 0. XIV, circa IX et X argumentum fatetur D. Thomas quod

relatio in creaturis habet esae depen¬ dens non solum a substantia, sed etiam ab aliis accidentibus, ideoque imperfec¬ ti 88lmxm, et postremum; sed in divinis relatio non habet esse dependens, neque imperfectum. Ex quo colligit, quod : "Ex imperfectione, quae in relationibus creatis esse videtur, non sequitur, quod Porsonae divinae sint imperfectae, quae relationibus distinguuntur, sed sequitur quod Personarum divinarum minima sit di¬ scretio." Si ergo ex relaUone etiam ut distinguente Personas non sequitur imperfectio in divinis : relatio ergo porfoctionom debet inhortare in vi con¬ ceptus sui, etiam quatenus relatio dis¬ tincta 8eu distinguens est.

IX. Quod vero hanc perfectionem . non erolicet per ordinem ad terminum, et sub exercitio ad, ut ly ad tangit terminum, sed ut tangitur, et nascitur ex fundamento, sumitur ex ipso D. Thoma in I, diBt. XXVI, qu. II, art. II ad III et IV, ubi dicit, quod ; "Quamvis re¬ lationi ex hoc quod ad alterum dicitur, non debeatur quod sit res quaedam, est tamen res aliqua secundum quod habet fundamentum in eo quod refertur; et ex hoc ulterius habet in quantum divina, quod sit hypostasis, vel substantia : et ideo facit realem hypostasum distinctio¬ nem. " Et clarius in primo ad Annibaldum eadem dist. XXVI, qu. II, art. I : "Sci- ondum inquit, quod relatio dupliciter potest considerari. Uno modo, quantum ad id ad quod dicitur, ex quo non habet (211) quod ponat aliquid, quamvis etiam ex hoc non habeat quod nihil sit ; sunt enim aliqui respectus, qui sunt aliquid secundum rera, quidam vero qui nihil, quod in aliis generibus non invenitur. Alio modo quantum ad id in quo est; et sic quando habet causam in subjecto rsa¬ liter inest.et ipse respoctus estrealis." Etldom fero tradit in hac quaestione XXVIII, art. I. Et ratio hujus manifes¬ ta est, quia illud ad, quod in se reale est, et in se perfectio est respectu tormini, non ponit nisirespicientiam, et contra ipsum est : ergo non explicat, prout sic, realitatom, quae sit, sed ad quam realitatom sit, nec respicientia ponit quidquam in termino, nisi esse res- poctum, nec a termino,(nisi esse) acci¬ pit perfectionem, sed' solum correspon- dentlam, et correlationem, nec cortpara- tur ad ipsum ut porfectibile ad perfec¬ tionem/- sed ut purus tertoirous. In se ergo realitatem habere potest ratione fundamenti, quia ex ipso habet esso, et actualitatem, omnis autem perfectio di¬ citur ratione alicujus esse, vel actuar- litatiB, et omnis realitas aliquam exis- tentiam respicit, per terminum autem non habet esse, neque existentiam, seu ac¬ tualitatem, sed tantum terminationem, ex ipso ergo non habet realitatem, sed ad ipsum. Et ita fundamentum est causa realitatis, terminus autem conditio, seu id circa quod exercetur realis opposi¬ tio, quia sine termino realis respicien¬ tia,. et oppositio non esset. Unde D. Thomas dioit qu. VIII. de. potentia, art. I ad III, quod : ."Id quod est proprium relationis, scilicet opponi, et distin¬ gui, realiter in'divinie invenitur." Quare non negat D. Thomas nec ullus ejus discipulus negare potest quod rela¬ tio, ut relatio, et ut exercet ad, et ut tangit termimm, realis sit, et oppo¬ sitio, atque distinctio ejus sit realis, sed dicimis quod realitatem hanc, et esse, et actualitatem, et consequenter perfectionem habet ratione fundamenti, et in illo ponit id quod est. Eespectu vero termini exercet hanc realitatem quam ex fundamento habet, non.ponendo eam in illo, sed contraponendo illi, aut respiciendo, et hoc est non explica¬ re eam per ordinem ad terminum, quasi in eo ponendo, aut ab eo habendo.

X. Quoad secundam voro partem con¬ clusionis, quod perfectio quam dicit relatio, et quam ex fundamento haurit, et secundam quam respicit oppositum correlativum, non multiplicetur, sumi¬ tur imprimis ex S. Thoma in prima parte, qu. art. IV ad II, ubi dicit : "Sicut eadem essentia quae in Patre est pater¬ nitas, in Villo est filiatio, ita ea¬ dem dignitas, quae in Patre est paterni¬ tas, in Vilio est filiatio. Unde dici¬ tur, quod quidquid dignitatis habet Pater, habet Vilius, nec sequitur, pa¬ ternitatem habet Pater : ergo paternita¬ tem habet Vilius : mutatur enim quid in ad aliquid : eadem enim est essentia, et dignitas Patris et Vllii; sed in Pa¬ tre est secundum relationem dantis, in Vilio secundum relationem accipientis." Unde fit argumentum : Quaecumque per- feotio,.etiam relativa, quae est in Pa-

tre, pertinent ad dignitatem ejus ; nam esae Patrem, seu principium Personarum dignitas ejus est, et hoc est quid relativum, sed dicit S. Thomas quod eadem est dignitas paternitatis, et filiationis : ergo eadem perfectio relativa. Item in quaestione VIII de potentia, art. I ad XI, dicit S, Thomas quod : "Uullo modo concedendum est, quod aliud sit esse relationis in divinis, et aliud essentiae. Hatio autem non significat esse, sed esse quid, id est, quid aliquid est. Unde duae rationes rei non demonstrant duplex esse ejus." Si ergo esse relationis in Deo (212) nullo modo concedendum est quod sit aliud ah essentiae, lioet sit alia ratio relationis, et essentiae, et omnis perfectio, et bonitas secundum D. Thomam I par. qu.. V, art. II, sumitur ex ordine ad esse, oportet quod secundum D. Thomam perfectio, et esse relationis, etiam ut relativum, non multiplicetur.

XI. Denique, videndus est s. doctor in I, dist. XXXIII, quaest. I, art. I ad II, ubi inquit, quod : "Sicut in Eilio est esse essentiae, ept esse paternitatis, quia in divinis non est nisi unum esse." Ubi manifestum est, quod condistinguendo esse essentiae ah esse paternitatis, non potest accipi esse paternitatis, (non poj nisi pro esse relativo : dicit autem s. doctor quod sicut est in Tilio esse essentiae, ita est esse paternitatis : ergo illudmet esse relativum quod est Patris, et Pilii, et non solum esse absolutum quod est essentiae. Et reddit rationem, quia est tantum unum esse : ergo sentit, quod esse relativum est tantum unum, et non multiplicatur etiam ut distinguitur ah esse essentiae. Perfectio autem relativa regulatur penes esse, seu actualitatom relativam, sicut perfectio absoluta penes esse, et actualitatem essentiae : ergo sentit D. Thomas non multiplicari perfectionem relativam in Deo, licet multiplicatur respectus, et relatio distinguatur : nam postquam D. Thomas dixit quod esse paternitatis est in Pilio, quia est tantum unum esse, subdit, quod : "Paternitas habet rationem paternitatis quae est alia a ratione essentiae : unde secundum suam rationem potest respectus esse in Patre, et non in Tillo,scilicet distinguere Patrem a Jilio." Ecoe quomodo officium distinguendi secundum rationem respectus, et relationis fatetur D. Thomas esse in relationibus divinis, non distinguendo, nec multiplicando esse ipsius relationis seu paternitatis ut distinguitur ab esse essentiae · ergo pari forma perfectio relativa non multiplicabitur, licet relatio secundum oppositionem multiplicetur realiter.

XII. Sationem hujus ex ipsis visceribus naturae relationis videtur reddi disse S. Thomas cum ait qu. VIII de potentia, art. I ad XII, quod : "Oum relatio sit accidens in creaturis, esse suum est inesse; unde esse suum non est ad aliud se habere." Quae ratio fortius currit in divinis, quia si in creaturis esse relationis est inesse, in divinis estsubsistere, unde esse suum non est ad aliud, si quidem in se subsistit, et ad se est illud esse prout subsistens : sed tota ratio multiplicandi relationes seu respectus, est oppositio, et correspondentla ad suum carelativum : ergo si ipsum esse relationis solum est per ordinem ad subjectum, quando est accidens inhaerens, vel per ordinem ad se si est subsistens, manifeste deducitur, quod tale esse in vi oppositionis relativae multiplicari non potest : ergo si in Deo ex nullo alio principio potest multiplicari aliquid, quam ex oppositione relativa, ubi illa cessat, cessat multiplicatio; quod non est in creatis, lnquibus cum relatio addat esse accidentale supra ipsum subjectum, seu fundamentum, potest multiplicari relatio ex diverso esse limitato quod habet quaelibet relatio, etiam ex parte sui fundamenti, et in ordine ad subjectum, non multiplicata oppositione correlativa : nam etiam relationes disparatae, et non correlativae multiplicantur in aliquo subjecto, et non per oppositionem correlativam inter se, quod in Deo non contingit,quia si relationes aliquae non opponuntur, hoc ipso identificantur, ut patet in paternitate, et spiratione activa. Si ergo ex parte fundamenti, et esse quod ex illo relationes habent, non datur aliqua oppositio in relatione divina cum suo fundamento, ex (213) hac parte multiplicari non possunt, quia deest multiplicationis principium,. quQd est oppositio. Ergo si tota porfoctio relationis, etiam ut relativa ex fhndamento, et subjecto desumitur, repugnat multiplicari in ratione perfectionis, li-

est in ratione respectus oppositi et di¬stinguentis nuitiplicentur.

Confirmatur, quia bene stat relatio¬nem in Deo distingui, et opponi cum alia sibi correlativa in ratione respectus oppositi, et tamen inratione entitatis relativae, et aliarum perfectionum etiam relativarum identifioari cum aliis rela¬tionibus, quibus non opponitur, ut patet in spiratione activa, quae opponitur Spiritui sancto procedenti, non autem' opponitur, sed identificatur etiam quoad rem relativam, et esse relativum aim pa¬ternitate, et filiatione, quibus non op¬ponitur : ergo si ipsae relationes perso¬nales non opponuntur in perfectione re** lativa prout hausta, et imbibita a funda¬mento, in quo oppositionem non habent, sed solum prout opposita termino, seu correlativo, non est mirum quod in ipsa perfectione prout relativa identificen-tur, et unum sint, licet relationes in officio distinguendi, et opponendi corre-lative sint plures.

XIII.- Dices : Etiam relatio ax ter¬mino non habet realitatem, et tamen nnl-tiplicat illam, licet terminus non prae-'"beat illam : cur ergo non multiplicabit perfeotionem, licet ex termino non ha¬beat illam, sed ex fundamento ?

Respondetur quod licet ex termino non habeat relatio realitatem quoad esse ut ex D. Thoma primo ad Annibaldum, dist. XXVI supra vidimus, tamen circa illum habet oppositionem realem, et oonsequen-ter distinctionem realem, quae formaliter sequitur ex oppositione, ut ex ipso D. Thoma, qu. VIII de potentia, art. I ad III, supra etiam retulimus. At ita per¬fectio relativa neque habet realitatem ex termino, neque oppositionem. Non rea¬litatem, quia hanc ex fundamento sorti¬tur, quia ab illo habet existentiam, et illud respicit ut perfectibile suum, et radicem a qua oritur, quod non habet in termino. Non oppositionem, quia perfec¬tio relationis non convenit, neque exer¬cetur per ordinem ad terminum, sed ad fundamentum, ratione cujus habetur : terminus enim non comparatur ut perfeo-tibile vel perfectivum respectu relatio¬nis, sed ut aliquid mere contrapositum, et correlativum quod respicit, non quod perficit, quia nihil in termino ponit, neo terminus in relatione, sed solum con¬traponuntur, ot se rqspiciunt, fundamen¬tum autem perficit^yQrej at:|^ie, quia in eo ponitur,- ert perficit relationem,*• quia ab eo oritur-. Ubi ergo relatio non habet esse inhaerens subjecto, et limita¬tum, atque distinctum a fundamento,- et alias ei non opponitur,, non potest multi¬plicare perfeotionem quam habet ex illo in realitate sua. Relationes autem divi¬nae in fundamento non opponuntur, quia fundamentum est aliquid absolutum : nec enim fundantur super alia relatione. Ab¬soluta acutem in Deo neo opponuntur, nec multiplicantur : ergo nec perfectiones ex fundamento relationibus convenientes.

XIV. $10d si his adjunxeris doctri¬nam S. Thomae supra qu. V, art. III ad III, quod non est inconveniens, <pod ali¬cui enti sub aliqua consideratione, vel formalitate non oonveniat bonitas, licet in re conveniat, quia bonitas sequitur ad ens, non quomodocumque, sed sub ea ratione qua explicat esse, et actualita-tem, qua potest allicere, et movere vo¬luntatem, sicut mathematica sub ea abstra-ctione bonitatem non explicant, quam tar-men in re habent (214) inratione quanti¬tatis naturalis, videbis quomodo intel-llgi possit quod relatio habens in se perfectionem ex suo fundamento, si tamen ab eo non distinguitur siout relationes divinae, non distinctam negue nultipli-catam perfectionem habeant®?pso. Sbc com¬paratione autem relationis ad terminum sortitur quidem oppositionem, et distin¬ctionem in respiciendo, sed non in per¬fectione, et actualitate, quia hanc non exercet sub formalitate ad terminum, li¬cet in se, et in re perfectionem habeat, sed unicam non multiplicatam, quia compa¬ratione ad subjectum illam habet. Ratio autem p. Vasquez probantis ex eo perfeo¬tionem relationum esse unam,' quia inte¬grant, et constituunt eamdem perfeotio¬nem Dei, parum urget, quia non bene se¬quitur ex hoc, quod saltem inadaequatam bonitatem non habeant, quia ipsum inte¬grare bonitatem, perfectio, et bonitas est; sicut etiam attributa Dei eamdem in¬divisibilem Dei bonitatem integrant, et tamen unumquodque in sua linea, et forma-litate perfectum est, ut etiam contra ipsum Vasquez probabile esse sentit Alar-con tract. V, disp. IV, c. IV, mm. X.

XV. JSx his habes intellectam proposi¬tionem S. Thomae in articulo primo hxjus quaestiohle quae multis obscura visa est, scilicet flaod solum in ,£1^, quae sunt ad

aliquid, invenitur secundum propriam rationem, aliquid secundum rationem, et non realiter, quod in aliis generitus non est invenire. Q>xod difficultatem habet, eo quod si loquitur D. Thomas de relatione praedicamentali, seu de ipso praedicamento, constat falsum esse, quia praedicamentum relationibus constat, nec in illo relationes rationis dari possunt. Si autem loquitur de relatio¬ne prout abstrahit a reali, et rationib, quid mirum quod in ea possit inveniri relatio non relatio non reali8 ? Sed hoc etiam in aliis generibus invenitur : quantitas enim ut abstrahit a reali, et imaginaria, etiam quantitatem rationis admittit, et locus ut abstrahit a vero vel imaginario, etc.

Sed respondetur D. Thomam nunquam dixibeo quod in praedicamento relatio¬nis invenitur relatio rationis, ut ali¬qui non attendentes ad verba S. Thomae male referunt, se<L solum dicit quod : "In his quae sunt ad aliquid invenitur aliquid rationis;" et sensus est, quod relatio ex illa parte qua exercetur ad terminum, et tangit illum non ponit rea-litatem nec excludit, sait tollit eam, ut S. Thomas se declaravit in primo ad Annibaldum, dist. 2QCVI supra relata. St ideo pro ea parte praecise considerata relatio, et non-attendendo ad fundamen¬tum, non repugnat dari relationes ratio¬nis : et sic loquitur de relatione non adaequate considerata, et secundum omne quod includit tam ex parte subjecti, et fundamenti, quam termini, sive prout est in praedicamento, sive prout abstrahit a reali, et rationis, sed de relatione praecise, et inadaequate considerata sub illa praecisa formalitate qua exer¬cetur ad alterum. Quod non contingit in aliis generibus, in quitais si ali¬quid rationis, et imaginarium invenitur, non est ex ipso conceptu aut formalita-te talisgeneris, quae de se locum det entitati non reali, sed quia nos aliquas negationes, et meras fictiones ad ins¬tar entium realium effingimus, sicut montem aureum, Chimaeram, lineam infini¬tam, et similia, non quia ipse mons, aut aurum, aut linea, de se in aliquo con¬ceptu realitatem non explicant, sed quia illa quae nihil sunt ad instar istorum quae realia sunt imaginamur. BelatIo¬nem vero per hoc praecise quod inadao-quate consideremus, id est, pro ea parte solum, (215) quae/consideratur ad temd-num, reddere possumus non realem, tollen¬do id quod est ex parte fundamenti, unde tota ejus realitas desumitur.

XVI. Ad fundamenta opposita pro ea parte qua probant nostram conclusionom, scilicet relationes dicere perfectionem, admittimus. Pro ea vero parte qua impu¬gnant, scilicet vel probando quod non dicat illam, vel quod multiplicentur, respondetur.

Ad primum pro prima sententia respon¬detur, quod relatio ut relatio, et ut opposita suo correlativo perfectio est in se entitatlve, vel subjective, sed non terminative, hoc est habet in ee per¬fectionem, et retinet, sed ex subjecto, et fundamento desumptam, non ex termino, nec ratione termini; unde non est neces-86 quod multiplicet perfectionem, sed so¬lum terminationem, quia solum respectu termini oppositionem habet, quae opposi¬tio realis est respectu termini, et rea¬liter exercetur erga terminum, sed non oritur ejus esse, et realitae ex termino, eed ex fundamento. Nec est mirum quod in eadem «ititate relativa multiplicemus respectus, st non perfectiones, cum eti¬am non multiplicemus essentiae, licet ip¬sa relatio, sit omnino Identificata cum essentia divina. St ad id quod opponi¬tur contra istam instantiam seu exemplum dicitur nihil evincere, quia licet ly essentia non sit terminus relativus for-maliter, est tamen relatio identioe; et eic licet non explicetur essentia in ex-plioito conceptu relationis, praesupponi-tur tamen, et includitur in illo. Simi¬liter perfectio, etiam relativa, includi¬tur in conceptu relationis, sed non ex¬plicatur in ordine ad terminationem, quia solum convsnit relationi eo modo quo convenit illi esse, et actualitae, quia bonitas, et perfectiosequitur ad ene, non prout in potentia, sed prout in actu, et in esse. Habemus autem regulam supra datam ex D. Thoma qu. VIII de po¬tentia, art. I ad XII, quod quia esse relationis est ineeee, non habet ease per ordinem ad aliud, sed per ordinem ad subjectum seu fundamentum. 3t ita per¬fectio, eeu eese etiam relativum non mul¬tiplicatur, quia non opponitur, neo com¬petit relationi sub conceptu explicante oppositionem, et exercitium ad terminum. Quare eodem modo loquendum est de perfec¬tione relativa, atque de essentia, quia ex fundamento eruo3. ast essentia sumitur

perfectio in relatione. Et ad consequentiam de subsistentia, quae nultiplicatur multiplicata relatione, dico quod subsistentia prout distinguitur at existentia solum dicit termimm naturae prout incomannicatilem, incommunicabile autem dicit oppositionem; et sio sut ipso fornali concepta distinctionis constituitur subeistentia; atque adeo non mirum quod multiplicetur in ratione, et conceptu subsistentiae licet non in ipso esse. eou perfectione ; in hoc enim habet se ut relatio. Perfectio autem non dicit incommunicabilitatem de se, nec Conveait relationi, prout opposita correlativo, sed prout fundata in suo fundamento, et ex hac parte habet unitatem, non nultiplicationem.

XVII. Ad secundam rationem respondetur stare pro nobis, et probare quod perfectio relationis invenitur quidem, sed non multiplicatur in tribus Personis. Oum quo tamen stat, quod relatio, etiam in ipso ad, perfectionem habet imbibitam, sicut et realitatem, et entitatem, non tamen multiplicat perfectionem, quia ipsum ad intrinsece habet imbibitum suum fundamentum, et suum in, et quidquid ratione fundamenti sibi conpetit, sed praeter fundamentum etiam tangit terminum ut (216) correlativum. Et quidquid sibi convenit pro parte, et consideratione tangendi terminum, multiplicatur, ut est distinctio, et oppositio oorrelativorum; quidquid autem pro parte, et oonsideratione fundamenti sibi convenit, non multiplicatur, quia inde oppositionem non habet, licet in ipso ad senper includatur, et inveniatur, sicut invenitur, et identificatur essentia, sed non multiplicatur.

Ad ultimum dicimus probare nostram conclusionem pro ea parte qua non multiplicamus perfectiones etiam relativas, et etiam in ipso ad, quia perfectio competit ipsi ad, ut fundato, et ratione fundamenti, non vero explicatur in ipso ut terminato, seu in ordine ad terminum,

XVIII. Ad prinum pro secunda sententia respondetur, quod nultiplidata entitate multiplicari debet quod ad eam aequitur, distinguo; si sequatur sub ea formalitate, et consideratione qua multlplicatur entitas, concedo; si sub ea qua non opponitur, nec distinguitur, sed id entlficatur, negor Perferfllo autem sequltur relationem ut fundatam* et ex parte fundamenti, ut diotum est, quia inde habet eese, et actualitatem, et oonaaquenter perfectionem : exparte autem fundamenti neque oppositionem habet, neque distinctionem. Et sic si relatio adaequate, et ex omni parte' nultiplicaretur, id est, tam exparte sui oorrelativi, quam exparte sui fundamenti; tam exparte oppositionis, quam fundationis, bene sequeretur nultiplicari perfectiones; sed in divinis relatio solum nultiplicatur ubi obviat oppositio; ideo non 'amplius extenditur ista nultiplicatio, quam extendatur illa oppositio; et sio quantumcumque alia praedicata identificentur, vel consequantur, aut Imbibantur in relatione, si ad illa, pro subsunt suae praecisioni, et formali rationi, non extenditur oppositio, non v*let inferre, quod extendatur ad illa multiplicatio; et sic in istis relationibus divin^8 facile argumenta peccant fallacia accidentis, arguendo ab his quae sibi conpetunt, in quantum distinctae, et oppositae sunt, ad ea quae sibi conpetunt, veq absolute, vel in quantum non opposi- fcR0, Concedinus ergo relationes esse tres res, vel tres entitates oppositas relative, quia oppositio realiter, et entitatlve exercetur Ad terminum, non ficte; et sio etiam ut opposita relatio, 0t ad terminuin realie est. Oaeterum quando conceidxaue has res esse bonas, et veras, et perfectas, non tamen esse bonas dicimus perfectione, veritate, aut bonitate nultiplicata, sed eadem, quia in bonitate, et veritate non opponuntur. Et aic ista attributa oonveniunt relationibus, seu realitatlbus oppositis, sed non opposite, quia in his non datur correlartio ; sicut etiam eadem essentia, et substantia, et divinitate substantiales, et divinae sunt,' quia in substantia, et deitate oppositionem non exercent. Unde ad confirmationem seu instantiam hujus primi argumenti,respondetur, quod relatio prout distincta, et opposita suo correlativo, est capax perfectionis,.sed non est c^ex dividendi perfectiones, quia ln ea ~ fit oppoaitio, sicut filiatio distincta, et opposita paternitati est capax divinitatis, non tamen est capax dividendi divinitatem, quia non potest in 1Ua fierl qppoeitio. Et cum instantur : Prout sic, scilicet ut opposita, est oarpax perfectionis ergo est capax distinctae perfectionis; negatur consequentia,

quia ut esset capax distinctae perfectionis,: deberet esse capax dividendi perfactionem, et ad hoe necesse erat facere oppositionem in. ratione perfectionis. Dicitur ergo prout distincta, oepax perfectionis, (217) quia retinet, et includit illam, si quidem includit iuam realitatem, sed non opponit illam, neque in vi oppositionis illam explicat, sed solum includit, sicut includit divinitatem, et rationem entis increati, et sapientiae, et aeternitatis, 'non tamen habet vim opponendi illa, neque in vi oppositionis correlativae ista explicat, licet includat, sed solum explicat ipsum ad, reale, non fictum respectu tennini in respiciendo, et niliil aaplius.

XIX. id secundum concedinus mysterium 'Drinitatis, atque non solum unitatem essentiae, quoad abeoluta, sed ipsas etiam Pereonas quoad relativa perfectionem dicere, sed non multiplicatam, sed eeundem, quae ad omnes pertinent relationes, omnesque perfectas reddit, sed non distinguit perfectiones, quia in illis non fit oppositio, et correlatio, quatenue perfectiones sunt. St ad instantiam quae urgetur, dico quod paternitas, ut distincta a filiatione, est perfectio in Deo, distinguo; perfectione opposita, et distincta a perfectione filiationis, nego; perfeetione non opposita, sed ldentifloata cum perfectione filiationis, concedo,, et perfectio quam habet filiatio. ut distincta est perfectio sinpliciter simplex, sed non eet perfectio distincta, St sic filiatio ut distincta in ratione filiationis adhuc retinet, et includit perfectionem non distinctam in ratiohe perfectionis, quia nec oppositam. Unde variatio illius particulae ut distincta, quae modo cadit super filiationem distinctam, variat appellationem, sicut instatur illa consequentia : Paternitas ut distlncta a filiatione est Deus» seu est divina : ergo habet distinctam divihitatem a filiatione; consequentia non valet, et tamen antecedens est certum, quia paternitas ut distincta a filiatione est ens singulare, et determinatum, non ens creatum * ergo divinum. Idem ergo de perfectione dicimus. Dicta sanctorum patrum probant relationes ad perfectionem deitatis pertinere, sed non ad distinetam. Dictum autem Damasceni, quod Pater, et Tilius perfectionibus personalibus distinguuntur non sic invenitur in illo loco citato a Suarex, sed dicit quod : "In proprietactibus paternitatis, et filiationls, et processionis Personae perfectionem, id eBt, exi8tendi modum agnoscimus." Ubi Damascenus ee explicavit quid nomine perfectionis intelligat, scilicet existendi modum;-quod vero ista perfectio relativa nultiplicetur, nec in numero plurali nominetur, non dicit. Id locum ex epistola Agathonis dicitur nos etiam fateri esse divinitatem in tritius Personis perfectis, imo et divinis, sed non diversa, et multiplicata perfectione, sicut nec multiplicata divinitate,

ZZ. Ad tertium respondetur esse tres subsistentiae relativas in ratione termini incoramnicabilis, sed unius perfectionis communicabilis, etiam relativae, quia perfectio relativa commnicabilis est, ut pote non opposita in genere perfactionis. St sic etiam tres subsistentiae in quantum incommunicabiles, et distinctae inportant perfectionem, distinrguo (sicut de relationibus distinximus); important perfectionem etiam incommunioabilem in ratione perfectionis, nego; oommunicabilem in ratione perfectionis, licet subsistentia, et relatio, quae perfectionem includit incommunicabilie sit in ratione respeotus, et terminationls.sed non in ratione perfectionis, transeat.

Id primam confinnatIonem quod si eseet una tantum subsistentia, esset perfeota, et modo treeeubeistentiae,- et relationes etiato perfectae sdnt, sed non diversa perfectione, eed eadem, eo quod in ipsa perfectione (21-8) oppositio non eet, sicut si esset una subsistentia esset Deus, et divina, eo modo tres subsistentiae sunt divinae, sed eadem divinitate, non distincta, et multiplicata, quia neo opposita ; idem ergo erit de perfeotione etiam generis relativi, quia in ea non exercetur oppoBitio.

Ad secundam confirmationem respondetur eodem modo, quod Personae in quantum distinctae,* sunt perfectae, sed non perfectione distincta, et sunt capaces identificationis cum essentia, quod utique maxima perfectio est, sed non per distinctam perfectionem sunt ceqsaces, sed per eamdem. Xt quaelibet Persona ut distincta habet hanc maximam perfectionem, et confert illam, sed pon eonfert perfectio-

nem distinctam a perfectione Patris;- et adorantur atque amantur Personae secundum quod plures non multiplicata peltfectione, .et bonitate etiam relativa, sed communicata, seu communi 'omnibus.

EXISTENOJIA NON. MULTIPLIG1TOB III EELATIOBUS,

XXI;. Sbc fundamentis jactis facile poterit formari Judicium de aliquUCws praedicatis, quae aut transcendentia' sunt,-aut illis annexa, et similia.an multiplicentur ad, multiplicationem rearlium relationum in Deo. Et occurrit primo exi stantia, quae licet intdr transcendentalia non numeretur,) cum» in creaturis praedicatum contingens ait, tamen quia omne ens real.e, est capax^illint, et .si est Sitra causas, habet illam, marito de illa agimus;, sicut da-.tranpcendentalibus quoad hoc punctum an multiplicetur in divinis.

Et supponimus ut certum, in Deo dari exis'tentiam absolutam'unam, quam male aliqui cum .subsistentia confundentes, negaverunt dari in Deo, si cut negant,; plerique dari unam .•subsistentiam absolutam,, sed solum tres relativas... Sed de subsistentia quidquid* sit, au,concedenda vel neganda sit essentialiter in Deo, tamen de exi stentia. nullo modo negari, potest sine errore, cum nomine exi stentlae intelllgamis esse quo- aliquid est extra nihil, et extra puram possibilltartem in actu; et sic se-habet ut ultimum in ratione actus entitativi, quia ultimum quod intendit agens est esBe.-id' est, ponere rem actu in-se extra causas, vel extra nihil. Deus-autem secundum essentiam suam absolutam est ens a se, ita quod peipso caret omni potentialitate, et est extra nihil; et sic existere in Deo non est praedicatum contingens, sed intrinsecum et essentiale : ergo convenit essentiae secundum absolutam rationem consideratae*. quae est ens a se, et essentia existensessentialiter, et ratione sui. Et sic dicitur ipsum 6886 tamquam nomen proprium Dei : Exod. IV : Ego sum qui sum : Qui est, misit me ad vos.

XXXII. Difficultas ergo est, an.- praoter existentiam istam absolutam, qua-essentia divina est ens a'se, quaelibet reXaft^ Wf^kas realis distincta ab- alia, relatione, sit etiam distincta exi stentia relativa'; ita quod sicut sant tres entitstes ureales, ita'- sint tres existentiae relativae- In quo miti'auctores, qui tenent existentiam non esse aliud, * quam ens 'actu, et. extra nihil, nec ni si-per rationem distingui essentiam ab exietentla, tenent etiam multiplicari existentiae relativas,' quia multiplicantur tres entltates realee.et actuales.. Est osententia p. -8aareC'I tomo,' III pv-dikp. VIII*- sect. -III ad 1,- disp. XI, seot. II, disp. XXXVI;. -sect. I, et lib. III de Trinitate, c. V;'et lib. V, cap. II, adjunctis his quae docet disp. XXXI' mrtsph. sect. I^. de indlstiUctione essentiae, et existentiae. Quam sententiam (219) plures ex recentioribus sequuntur.: Et. m.-.JCedina III p. q» XXI7 art. II, concedit tres existentiae relativas ex-alio fundamento, quia existimat non distingui existentiam & subsistentia; et sic multiplicatis-subsistentiis relativis, necasse est mltiplioarl existentiae. Sed tamen modo- supponimus existentiam non esse idem quod subsistentiam, sed diversos effectus formales habere; existentia enim ponitrsm taetra causas, seu extra nihil, subsistentia terminat,'et conplet naturam, ut sit per se, et non in alio, et ai ait subsistentia conpleta, et suppositalis,' facit inconaminicabilem naturam. Similiter existentia invenitur tam in substantia quam in accidente, tam in substantiis completis quam incompletis, subsistentia solum Itt substantiis completis quam incompletis, subsistentia solum in substantiis; completis, seu per se existentibU8 : ergo non sUnt idem.

XXIII. Oontrariam sententiam tenent communiter illi auctores qui distinguunt essentiam ab existentia, St-per existentiam totius sentiunt existere partes, 'et quidquid est in Composito, etiam tenent in Deo non disbingui- tVee relativas axistentiaa, sed unica essentiae divinae existentia omnia divina existere. Et hoc* sequuntur Thomistae, qui sentiunt existentiam distingui ab eo, cujus est existentia, neo multiplicari existentiam Juxta quamcumque entitatum distinctionem.' Hos auotores adduxi praecedenti tomo, disp. IV, art. III, I.. In ista difficultate. Et praeterea ex auotoribue qui tenent existentiam non distingui ab entitate aetuali, adhuc in divinis negant juxta tres entitatea. relativas debere multiplicari

existantiae relativas,- sed eolua habere una eeee. Qiod sentit VasqUea hic disp. CXXVI, cap. II et III; Buiz disp. XXV, seot. III et IV; Oranados tradt. V, disp. I, seot. III, qui adducunt plures ex Thomistis.:

XXIV. HaaC' seclxnda sententia est • plane D. Thcmae-qui in quaestione VIII de potentia,: art. I ad 1, inquit : "In divinie nullo- modo est esse, nisi essentiae, sicut neo intelligere, nisi Intellectus." St infra : "Nullo modo concedendnm est* quod aliud sit esse relatio-r ni8 in divinis, et. aliud essentiae;•ratio autem non significat esse, sed esse quid, id est,, quid aliquid est.!* Ubi distinguit S. .(Thomas de esse quod est existere, et de. essentia, seu quidditate, quae est ratip,. seu quid, et. existentiam, dioit,. non essp aliam, in relationitus, quam in essentia-: sumit enim esse prout distinguitur a quidditate seu essentia, quae est ratio. Et in quaestione IX de potentia, a. V ad XIX, .sic ait : "Nullo modo concedendum-est, quod in divinis . sit nisi unum esse,, cum esse sumper ad essentiam pertineat, et praecipue in Deo, cujus esse est sua essentia. Palationes autem quae distinguunt supposita in dirvini8, .non adducunt aliud esse super esae essentiae, quia non fasiunb couqpositionem cum essentia, ut dictum pst." Et conoludit : "Diversitas ergo secundum e88e sequitur pluralitatem suppositoxum, 8icut et diversitas essentiae in rebus * creatis. Neutrum..autem in divinis. "j Quo Iqoo apertissime loquitur D, Thomas excludens distincta esse a relationibus distinguentibus supposita in divinis, .• et unum tantum esse conoedenq. Et III p. q;. XVII, art.-IX ad III, qum proposuisset argumentum, quod in Trinitate quamvis sint tr-es-Personae, est tamen unum • esse, propter unitatem naturae, respondet, quod : "Quia Persona divina, est id--em,. cum natura in Personis divinis, non est aliud esse Personae praeter esse naturae; et ideo, tres Personae non habent nisi unum esae. Esset autem triplex esse, si in eia esset, aliud, esae Personae, et aliud esse naturae." . Sed si daretur in Pqrsonis aliud .esse (220) ab esse naturae, illud esse personale esset relativum : ergo si negat Personis triplex esse quod haberent, si distingueretur earum esse ab esso naturae, negat eis triplex esse rolatlwor. N^c x]o+;est hic responderi (quod aliqui dicunt) .D* Thomam sumere 1y esse pro subsistere, et hoc subsistere intendit quod sit unum in natura. - Contra enim est, quia D. Thomas dicit., quod tres-Pe^sonae non habent nisi unum^esse; si autem sumeret esse pro sub¬sistere, falsa eBsejb illa exclusiva, quia tres Personae etsi sunt unum in una subsistentia absoluta, tamen vere sunt plures subsistentiae relativae : ergo sumit esse pro existentia, ut distinguitor a. subsistentia. Et praeterea falsa esset illa condltionalis, quando dicit, quod esset•triplex esse in Personis, si in eis esset aliud esse personae, et -naturae : faceret enim hunc sensum, quod esset triplex subsistere in Personis, si esset *-liud esse pepsonae, id est, subsistere personae, et naturae, si quidem sumit esse pro subsistere; hoc autem .omnino falsum est,, quod esset triplex subsistere Personarum, si distingueretur esse <personae, et naturae; neo enim ullam conse¬quentiam hoc habet loquendo de subsistentia, cum modo.sit triplex, subsistentia relativa, etiamsi idem sit esse naturae, et personae, subsistere autem absolutum . non ex hoc esset triplex; quia esse pereonae distingueretur ab esse naturae,

. XXY. Eundamaptum hujus sumitur ex du¬piioi principio-.•. .

Primam est generale ex ipso conceptu existentiae secundum se, etiam ut communis est creatae, et increatae, licet applicetur majori' vi existentiae divinae,

-Secundum est specialiter ex conceptu relationis ut opponitur, et distinguitur a suo oorrelativo, sub quo conceptu non possunt mltiplioare existentiam, quia haec non opponitur, sed includitur in relatione quae opponitur. -

Primum principium explioatur *sio. Quia existentia, seu esse.non consequitur ad ehtitabem rei secundum se, aut quomodocumque consideratam, sed in rebus oreatis sequitur ad entitatem Juxta: suum fieri,- et;produci, in divinis autem sequitur entitatem, ut est a se,'non ut fit' ab alio; quia existentia habet pro efTectu formali.ponere rem extra causas, et extra nihil; et sioconsequitur ad entitartem non absolute, sed sub illa formalitate,: qua egreditur a causis, ecilioet. sub ipso produci, vel sub ipeo imprbduci, et esse a se. . Unde ad ponendum nr>«m existentlam, vel plures, non debemus attendere ad unitatem Vel pluralitatem entitatum

secundum se, sed prout ordinatur in uno ' fi'eri,'et in uno produci, vel pluribud, • • Ot in unio esse a se, et increato,'vel in pluribus. Bt haec est ratio «juaro in : creaturis esse existentiae sit proprium suppositi, et in uno supposito solum sit turum esse, ut saepius docet DT Thomas et no 8 ostendimus praecedenti tomo/ disp. IV, art. IV, quia in creaturis id quod directe," et pCr se produci*tur, est ipsum suppositum; seu ipsum totum : partes e-nim non producuntur per se, sed conprodu-cuntur. Unde per Seipsum suppositum ha-bet esse, partes vero ex illo, aut in illo participant esse, et existunt/ In Deo auljem est e converso, quia id quod primo; et per se existit est ipsa essen-tia, quae est ipsum esse, quia est ens a se, ita quod esse est praedicatum es-3entiale in Deo,'atque adeo'prius convcr nit ipsi essentiae; quae tali praedicato constituitur, quam suppoSito,' qUQd oons-titutam essentiam supponit, et tehminat.'.

/ •* /

XXVI. Ex quibus conficitur argumen-tum ad noh multiplicandum (221) eocLsten-tias relativas, quia illae pluresexis-tentiae relativae, etiam ut plures, vel dunt existentiae oreatae, vel increatae; Oreatae esse non possunt, alias Personae essent entitates creatae ln quantum plu-res, et in quantum relativae, sl creatas exlstentlas haberent, quod est haereti-cum; et repugnat Deo quod aliquid intra ipsum existat per existentiam creatam. Increatae autem existentiae si multipli-cantur; ergo erunt tria esse lnoroata relativa; et sic erunt tres iricroati · substantive (in hoc enim sensu loquitur ' illa sententia, cum ponat tres Cxlsten-tias et non solum tres exietentes) quod est contra illud symboli Athahasii' : ' "Non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus." Unde p. Suares llb. III de Trinitate, cap. XII, nam. III, non sudet conoedere ln divinis tria in-creata, sed unum, quia esse inoreatum : convenit ratione naturae,- et substantiae, quao consistit in ipso esse a -se, et est suum esse per essentiam. Si ergo non debet conoedi triplex esee iacreatum, neo triplex existentia increata relativa, quia ly relativa non diminuit de ratione increati. It ratio . est, quia eod.iten¬tia hoc ipsa quod increata eat, est ip¬sum esse a se, et lpea essentia divina:: ergo repugnat nultiplicari existentiam incrSatam proilt relativam, et nultiplica-ri in ratione incrbatae existentiae, niei nultiplioetur In ratione ipsius esee a «e, atque «deo in ratione actus puift. -

XXVIII. Secundum principium explica¬tur sio : quia ut S. Thomas qu.-VIIIjde potent; art. I ad XII : "Esse, sen eods-tentia, quae convenit relationi hunquam est relativa, ut ad terminum, sed est ad se, vel ad subjectum." St ih hoc contin-git magna deceptio oppositae.sententiae* et profunditasrmira rationis D. Thomae, qui relationis existentiam dicit non es-se ad aliquid, ita quod licet dici possit relativa'entictative, quia existehtia re¬lationis est, non tamen oppositive; cu*-; Jus rationem brevissime reddidit S. Thc-mas citato loco; 'dicens, quod : "Oum vel ratio^sit accidens ih creaturis, esse suum est inesSe; unde Ssse suum non est ad aliud se habere." Quod.est dicere existentiam convenire relationi per ordi-nem ad subjectum,' noh per oppositionem ad terminum, quia existentia ejus est in subjecto, oum sit accidens inhaerens, terminus autem non est subjectum relatio-nis in quo ponitur, sed est id cui con¬traponltur. Quare existentia licet sit relationis, et hacratione dici possit relativa, nontamen est relative opposita, Ita quod licet conveniat ipsi ad relati-onis (quod reale est) nOn tamen oonsti-tuit in eo ad, sed in, neo ipsa induit oppositionem ad, quia non se .habet erga terminum, sed positionem in, quia se ha-bet erga subjeotum. Si ergo existentia 'rationis non opponitur, nec tendit ad-terminum, sed inhaeret subjecto, existan¬tia relationis non tangitur principio dis-tinctionis, quae est oppositio relativa, sed principiis unitatis, quae est fhnda-mentum, et «xbjeotum. Unde cum ih divi-nis relatio non sit inhaerens ut acoi-dens, sed subsistens, et ad se, suito magis existehtia ejus non est relativa per modum ad, neo per modum oppositionis; et sic non distintitur, nec multiplica-tufr <giia non opponitur correlative, 11-Cst afficiat, et constituat relationem Ia ipsa entitate subsistente. Bt sic cum careat oppositione, licet miltlpliea cetur realitas relativa, et in ratione ad, non nultiplicatur existentia, quae ipsi ad convenit ut inhaerenti vel sub¬sistenti, quia intra ipsum ad ut reale, imbibitur in/

•i

-VI. luculenter etlan ron hanc prose-qultur doctor sanctus ln quaestione IX de potentia, art V ad XIII, sic ln-quler.s : "In retoe creatio prlnolpla ln-dlvlduantia duo habent, quomn um® eet quod sunt prlnclpiua uibslstondl : natu-ra enln coamnis do so non «absistit nl-el in olcgularitos ! aliud est quod por principia indlvlduantia, euppoeita natu-rae corrrunie ab inviem dletlnoiuntur. In divinis aiten proprietatee pereonalo» toc eolun habeat quod eupposita divinae naturae ab lnvicoa dl et induntur. non Bi¬tea sunt prlnoipiun eubsietendi divinao osser.tiae : ipsa oniz divina essentia est eecuoton so eubslstons. sed e convov¬eo proprietates porscnales habent quod eubolotant ab essentia ; o* eo oain pa-tornitas habet quod sit ros eubsisteae. <r*i« essentia divina oal eet ideo eeeun-du» rea. est res aibsistens." St conclu-: "Llcot autea divina eeeontla secun-

dum seipsAin, ut Ita dicam, individuetur quantum ad hoc quod est per ee subsis¬ tere, tamen ipsa una existente secundum numerum, sunt plura supposita in divi¬ nis subsistentia secundum mmerum. n Ita D: Thomaa. $ii locus manifestissi¬ me est.

VII. Occurrit autem Vasques omnibus istis locis, unico verbo dicens dispu¬ tatione citata, capite primo, quod con¬ gerunt-aliqui innumera loca S. Thomaa pro hac sententia, quae consulto prae¬ termitto,' quia ille ubique loquitur de Actueodstendi, qUem appellat existen- . tiam 8eu esse. Addo quod si haec loca D. Thbmae probant desubsistentia ut dis¬ tinguitur ab existentia, sut probant in . Feo esse Personam 'absolutam, aut nihil prObant. Patet hoc, nam quando D. Tho- mas locutus est de substantia proprie, et rigorose dixit, quod si in Deo dator subsistentia abstractis personalitati¬ bus, illa erit : Persona ergo quando negat Uham esse Personam absolutam in Deo, et ponit divinam essentiam subsis¬ tere, loquitur non de substantia rigoro¬ se, sed pro existentia. Minor probatur expresso testimonio D. Thomae in III part: CJJABST. III, art. III, ad i, ubi inquit': "Qnidquid eorum quae attribuun¬ tur Deo in abstracto secundum se consi¬ deretur, aliis circumscriptis, ejrit ar- liquid subsistens, et per consequens Persona cum sit in natura intellectiva. Sicut igitur nunc positis in Deo propri¬ etatibus personalitas dicimis tres Per¬ sonas; ita exclusis per intellectum proprietatitae personalitas, remanebit in consideratione-nostra divina natura ut (2^) subsistens, et ut PerBona.fl Qui locus satis manifestus est, et urr gentior caeteris, quia ex summa theolo¬ giae, unde postremam D. Thomaa determi¬ nationem accipinxs..

VIII. Ad Vasques respondetur respon¬ sionem illam Ita generalem minue accu¬ ratam esse pro tot locis D. Thomaa in quibus ita expresse loquitur de natura divina subsistente independenter a rela¬ tionibus, ut mirum sit velle Vasques no¬ bis obtrudere existentiam pro subsisten¬ tia in tam claris, et expressis verbis D. Thomas. Nam expresse dicit quod di¬ vina essentia est suum esse subsistens, vel habet esse subsistens. Ubi si ly subsistens est. idem quod existens, sensus erit quod Deus est suum essa existens, vel existentia existens,• quod certe est inutilis repetitio. Praeterea docet . quod relationes sunt tres res subsisten¬ tes, et essentia est una ree subsistens, quod principium subsistendi ipsis relati¬ onibus est essentia, ipsae vero relatio¬ nes sunt principia distinguenda supposi¬ ta. Qxod non potest accommodari existan¬ tiae, cum loquatur de eo quod proprium est relationis, ut relatio est, et ut ocastituit suppositum, exietentia autem non constituit in relatione suppositum, nec specialiter pertinet ad relationes, et personas, sed ad attributa, et ad ope¬ ratiohes, et. ad omnia quae, in Deo sunt, nec ad existentiam pertinet constituero relationes subsistentes, sed existentes, seu extra nihil : quomodo ergo de exis- tentia loquitur, quandp, dicit quod ex es¬ sentia redduntur subeisuentes relatio¬ nes T Quomodo etiam dicit, quod licet essentia sit subsistens, non tamen est una Persona, sicut tres relationes, si essentiam subsistentem acciperet pro ex- istente ? . Jbc eo enim praecise quod ex¬ istens sit, nulla involvitur dubitatio quod Persona esse possit, magis quam de quocumque attributo, quod etiam existens est. Sensus ergo est quod D. Thomas lo¬ quitur de subsistentia, ut distinguitur contra, existentiam : de hac enim dubita¬ tio esse poterat, an sit Persona si est subsistens, quod de existentia non pote¬ rat dubitare. Ac denique intolerabile inconveniens est dicere, quod D. Thomas qui tam formaliter, et ad nonnam scholas¬ ticae regulae loquitur, ita abusive, et improprie loquatur, ut subsistentiam su¬ mat pro existentia, praesertim cum S. Thomas declarare velit non solum quod es¬ sentia sit existens, sed modum proprium tolis existenti&e, nespe quod sit per se, qpod est subsistentia proprie.

IX. Ad id quod additur ex looo ter¬ tiae partis dicimus S. Thomam ibi loqui de consideratione naturae divinae circum¬ scriptis personalitatibus negativae, quia loquitur de ea praecisione, qua re¬ maneret divina essentia, sicut Judaei il¬ lam lntelligunt, et qui non habent fidem Trinitatis, ut dicit ibi solutione ad se¬ cundum, et idem affirmat in III, diet. V, qu. II, art. III, ubi eamdem-rprorsue difficultatem tractat. Non autem loqui-

- tur de essentia divifta considerata so¬luto ptaecisive, et secundum id quod ha¬bet ex- se, cum in aliis innumeris locis affirmat naturam sic consideratam esse subsistentem. Imo si perspicaciter con¬sideretur D. ThOfflae mens in ‘illo loco ' tertiae partis, potius ex illo confirma¬tur- sententia 'dicta, quod in Deo secun¬dum se datur subsistentia absoluta, tum quia non solum de essentia, sed de quo-cumcfue 'attributo, et de quacumque re, quae attribuitur Deo, dicit, quod: est subsistens, et' suppositum; et Persona, quia in Deo idem' est' quo est, et quod est. Et tamen constat quod attributa significata, ut' propriae quaedam passio¬nes ut misericordia', Justitia, immensi¬tas, potentia, etc. noft significantur ut (255) ‘Personae incommunicabiles, et to¬taliter completae, licet sint subsisten¬tes communibabiliter ut quod. Non ergo sumit Ibi personam pro subsistente in¬communicabili, sed pro subsistente ra¬tionalis naturae, sive communicabillter se habeat, sive non : dicit enim ibi D. Thomas quod : ."Qjiidquid attribuitur Deo, est subsistens,., et per consequens Perso¬na, quia est intellectualis natura." Solum ergo sumit personam pro subsisten¬te naturae intellectualis, et non ampli¬us. Tum etiam quia-D. Thomas loquitur de subsistentia divinae naturae qualiter maneret, si circumscriberentur persona¬litates relativae. It dicit, quod illis circumscriptis (aoilieet negative) mane¬ret natura divina ut subsistens, et Per¬sona, quia videlicet tunc non haberet relationes quibus incommunicabilis rema¬neret, nec oppositionem inter- se habe¬rent tres Personae distinctae; et sic per seipsam esset incommunicabilis, et assumere posset ad se.naturam humanam. Ergo modo illa natura habet tres perso¬nalitates, et talem subsistentiam, quae tunc remotis illis esset persona, et pro illo casu quo tollerentur personalitates vocatur a D. Thoma persona ; ergo pro nunc subsistentiam veram, et propriam habet, non solum existentiam, quia illam modo habet, quae tunc esset persona, si quidem ipsa natura modo per seipsam est quo et quod; ut ibi dicit solutione ad prinum, et ex hoo habet esse subsistens. Modo ergo habet eesS subsistens, quod tunc (scilicet remotis relationibus) es¬set persona.

'lUNDiMUrrUM SDC RATIONE.

X. Quod eese divinum, et divina essen¬tia ex sua absoluta ratione, et perfectio¬ne sit subsistens, et indepandans in ra¬tione exietendl per se a relationibus probatur, quia divina natura ex se, et independenter a relationibus est actus purus, et constituitur per ipsum esse tamquam per praedicatum essentiale, et intrinsecum : ergo habet esse per ee; et ih&ependens, seu absolutum ab omni exis-tentia in alio, sive tamquam pare tota, sive tamquam accidens in subjecto. Patet consequentia, quia natura divina nunquam potest concipi ut pars; et nuito minus-ut accidens, nec esee illius ut partiale, aut dependens a relationibus, ut. per il¬lae, et ratione illarum esse naturae red¬datur -perfectum, et independens, et per ee, sed totam perfectionem exietantiae, et substantiae habet, a se, et ex praedi¬catis essentialibus, et quidditativis. Ergo si ex se, et ex vi generis absoluti-antiquam Intelligatur geme relativum in Deo habet esee perfectiasimum, et infini¬tum, et in actu puro, et independenter a relationibus quia habet illud tamquam praedicatum essentiale, et omne essentia¬le est anterius ad notionalia, et relati¬va, consequenter illud esse absolutum an-teoedenter ad omnem conceptum relativum, est esse non in alio, nec tamquam par», nec tamquam accidens, quia utrumque est conceptus imperfecti esse, et repugnat cum esse per modum actus puri, et perfec¬tissimi, et a se. Antecedens autem supra positum est per ee notum, scilloet quod divina essentia per seipsam sit actus pu¬rus, et ipsum esse, Cum per hoc disoerha-tur esse divinum a. creato, quod divinum est ipsum esse A se, et omni potentialita-te carens, nsc est aliud divita essentia, quam ipsum esse, neo per alium conceptam, sed per seipsam essentialiter, et intrin¬sece est esse actus puri : nec enim per relationes essentia divina habet esse, sed per ipsam relationes esse habent.

XI. Ex hac autem consequentia, quae omnino indubitata est, sequitur alia non minoris certitudinis : ergo essentia di¬vina ex vi sui formalissimi conceptus, et ante conceptum relativum eei subsistens. Patet ista consequentia, quia conceptus, quia ex vi sua petit, et habet existen¬tiam cum delusione.omni8 modi interfecti

cxletandl ln alio, alve tanquan paro, sive tamae accidens. ex eo des coaeeptu habet oodun exi atendi porfocte, et per aa, at tanquon quod, qui eat ncdna eubsletantlae quatama oubaletenUa dl-clt rcdun exlateodl par aa exduolvun xodl axlatandl ln alio : nas lnpooalblle eat Ulua conceptus qui includit esae cuu tente porfootlona quod excludit odneo a>dun axlatandl ln alio, non lndudere nodus axlatandl par ao. qUla nsdue axlatandl ln alio excluditur a nodo exlatendl per ae. aed oonceptoe eeaentlae ante relatlonaa Includit aaae, quia eet actoa puni8. et excludit oxoaa nodus exlotentlae ln alio : ergo ldexnet oon-captoa Includit xodun axlatandl por ea, ot wubeletandl : «beletere enln est esea per «a.

XII. Picee : Coneeptua Ilius oeaenties non Ir.cludoro nodus «xiatendl per ee fomallter, eod eolun radicaliter, et pro alio posteriori conceptu forsall.tcr: pro Ulo aut an conceptu nondux fornalltcr explicatur, neque sedue axlatandl ln alio, neque per ao eod fornaliter. et quasi in quarto nodo por ao noutrun axpllcat pro illo algno. licet radicaliter Jea Includat nodus axlatandl per ao. ot radicaliter excludat nodus axlatandl ln alio : aed fomalltor lllou aodon «balatendi haboblt per conceptu* relationis : naa rslatlcr.ee otia* ad perfootlon*) Bei pertinent : et sic non eet lneonrenlano quod tub aliqua praedaione. nondus lntelllgatur assentia cun lata perfectione sodl oxlotoodl per ae. sed eolua cun conceptu lpalua esae, ot eaaentlae : explicator auteo xcdu* late aubelet*ndl In alio concepto, sicut allicatur xcdue personalitatis lncocnunlcabilla. at al* cut ln concepto naturae, at lntelleotoa11 tatla divinae ao mtas intelllguntur acte* volandi, llcat ait parfaotio lntollectuali tatla, eed aufflclt qiod radica liter contineatur ln lpao Intelllgere. St hac solutione enervat opposita eenteotla onnla argunenta quae ex perfectione divinae eeaentlae deducuntur : fatetur enlo aubeiatentlan pertinere ad perfectionea. eed negat debere fornaliter explicari hanc perfectiones ln oncl conceptu. et praecisione, aad aufflclt radicaliter contineri ln conceptu eoeentlae. expllcari voro forralltar ln cone aptu posteriori personae.

XIII. Sed contra hanc solutiones lnotauro arflixer.tun. «tconflnxo (oat enla ln hoc totua cordo, ot punctus dlfficuitatla) quia lr. fomall concepto eeeentlae aon nolu» radicaliter. e*1 fornaliter explicatur lpao exlatentla, et Ipsus eeae actoa puri : ergo etlan explicatur =odaa aaaandi por ae. qui aet oubaiatantla. Probo oonaequentian, quia ln Illo concepto explicator eaee, »*u exlatentla ut aeaantlala praedloaton divinitatis ; ergo explicator oodue essentialiter oonventandi, qui» convenit ln prioo nodo per ae, et explicatur noduo sln«3ilaritatla, quia ille conceptus divinae eaaon tlaa non eat coxxxinis. sed Indlvldualla, et singularis .! ergo etlan explicat noIuq non axlatandl ln alio, ted eubsleteadl per se. qui Inter nodos par a» a philosopho onuieratoa eet tertiue. Patet haec consequentia, quia exlatentla cencepta ln singulari, aeu ain iodo slngularltatla. ot eux connexione essentiali, et per aa. cun Ipsa divinitate, Ino quae est lpea divinitas. (&5J) ax vitalia concaptos, et elne additione alterius, habet eurinae lndcpondontlan ab alio concepto posteriori, nec per illun explicatur allqua ojua najor indepondentla. ut exereeatur.qula hoc lpao quod axlatontla per ae. et coeentlallter convenit eeaentlae, ind*pendeoa redditor ab oxal alio, ut convonlat. ot exerceatur in lpaa aasentla. ot alnllltor oxplleatur ln Ulo conceptu. non solu* radicaliter, sed atlas fornaliter quod Ille conceptoo ait actoa purus, et Infinito* esae. Xrgo non daoondot ab alio conceptu posteriori, ut fornaliter elt suboistene, et explicetur xodua suba l at antiae. 3aa nodus eubeieteatlae. ut dlelt hoc quod eat oxistaro per ae. non allicat ai lux ©inceptas, quao nodus singularitatis cus ladopeadontla ab alio in axi at endo, et in exaro ando lpoua eaao : nac late nodus eet nodus axlatandl, non ln alio, aad por ao, hoc eutea habetur fornaliter per fottoalac concepto* lpelue eeee ut Independentle. ut sitos Illud oeao fornaliter explicetur ut lndapeodene non debet axpoctaro ullo-riorea conceptus, eed wfflcit essentia Ile connexio, et per ee cun eeeantla. eeu potlue quod lpeun oeeo elt ceeentla

XIV. $iod tl lnetetur ln lpaa pareonalitate ut relativa, et inconamlcablll: Kan etlaa haec portlnot od porfoctlones

existendi, nec tamen convenit ex vi con¬ceptus essentialis, sed ex vi relativi, respondetur esse disparem rationem et valde notandamdifferentiam, quia essen¬tia ex relationibus non habet perseita-tem, et independentiam in esse, sed dis¬tinctionem, et oppositionem incommunica¬bilitatis relativam. Ron autem est con¬ditio, aut praerequisitum ad habendum esse per se, et independenter ipsa rela¬tio, et ejus incommunicabilitas. ^nde ex incommunicabilitate non ponitur ratio existendi, nec ejus perfectio, aut inde-pendentla crescit, sed ipse modus haben¬di exi8tentiam per se, et non in alio pertinet ad modum perfectionis, et inde-pendentiae intimae ipsius existentiae, quia non potest intelligi ut plena, et perfeota si est in alio, et si est summe independens et perfecta, non potest in¬telligi nisi per se, nec indiget termino incommunicabili ut'per se sit, sed ipsa summa independentla, et essentialis con¬nexio existentiae cum essentia reddit il¬lam per se, quia ad per se formaliter, sufficit non per aliud, nec in alio : esse autem cum summa independentla, summo modo,.et formalissime, excludit omne quod est per aliud, vel in alio, quia isti sunt modi dependentiae, et inferiorita-tis in esse : per se autem, et sine de¬pendentia ab alio subjecto, vel composi¬to, aut termino pertinet ad perfectionem ipsius esse, quia pertinet ad exclusio¬nem modi imperfecti, qui est in alio.'. Relativa autem incommunicabilitas, et distinctio non pertinet ad exclusionem imperfectionis, seu modi inperfecti exis¬tendi, qui est in alio, vel per aliud, sed ad multiplicationem suppositorum, et Personarum. Multiplicatio autem Personar-rum.pertinet quidem ad foecunditatem, et abundantiam perfectionis in ipsa deitate, sed non ad prinum fundamentum perfeotio-ni-s, quae est per exclusionem imperfec¬tionis. Et ideo magis intime pertinet modus perseltatis in existendo, quod est subsistere, quam modus incommunicabili-tatis suppositi, seu Personae, quod est sic relative terminari. Et ideo subsis¬tentia pertinet formaliter, et non radi¬caliter solum ad primarium fundamentum essentiae divinae, et ad ipsam intimam rationem existentiae, ut summe id depen¬dentis in esse, et ut actus purus est, quia esse per se (258) directe, et forma¬liter non solum radicaliter excludit im-perfectionem existendi in. alio, et per a-liud; esse vero incommunicabiliter in pluribus relationibus pertinet ad puram rationem terminandi, et multiplicandi Personas, in quibus est ipsa natura, quod pertinet ad abundantiam, et fcecun-ditatem. Prius est autem in re perfecta excludere omnem modum imperfectionis, quam exterdere, et multiplicare foecun¬ditatem.

COHROLLARIA EX PICTIS.

Unde deducuntur tria valde notanda, quae magis explicant vim solidam hujus doctrinae D. Thomae.

XV. Primum, est quod esse, seu exis-tentia, ut saepius dicit D. Thomas est propria suppositi, seu subsistentis, quod adeo verum est quod essa divinum quod est in Deo praedicatum essentiale, et convenit ipsi naturae divinae quiddi-tative, necessario supponit rationem subsistendi in ipsa essentia, nec conve¬niret illi, nisi subsisteret. Itaque cum natura, seu essentia divina sit Id quo Deus est, et id quod est per seip-sam, et ab intrinseco, tamen ipsum esse, seu ipsa existentia a se non correspon-det divinae essentiae quatenus conside¬ratur ut principium quo existendi, sed quatenus consideratur ut principium quod subsistens. Et ita in doctrina S.. Tho¬mae est solida consequentia, cui conve¬nit esse simpliciter, praesupponitur convenire subsistere, seu esse princi¬pium quod, et habens modum per se exis¬tendi, atque ita subsistentia non potest esse conceptus consecutus, et posterior ipso esse, sed antecedens, et praesuppo¬situs, et pic si conceptui divinae es¬sentiae convenit formaliter, et non ra¬dicaliter ipsum esse, seru existentia, neque subsistentia convenit radicaliter et pro alio posteriori conceptu, sed an-tecedenter, et praerequisite; atque ad¬eo a. fortiori convenit formaliter.

Ratio est, quia esse est praedica¬tum essentiale divinitatis, non quomodo¬cumque, sed ut perfectum, et independens, et in actu puro, ita quod istae conditi¬ones perfecti,, et independentis esae, non radicaiiter solum, sed formaliter habeantur, et coneomitentur ipsum esse, qui formaliter, et non radicaliter est actus purus. Intor istos autem duos con-

ceptua, scilicet formae ut quo aliquid eat, et formae ut quod est, perfectius, et independentiua, et formalius est habere esse ut quod, quam ut quo, si quidem esae ut quo ordinatur ad esse ut quod : hoc enim simpliciter est. Unde ut esse inteliigatur simpliciter, et perfecte, atque inclependenter debet.convenire alicui ut quod, et non praecise respondere conceptui' formae ut quo. Yera est igitur haec propositio quod esse, , seu existentiai ut perfecta sit, et simpliciter ac independenter dicatur aliquid esse, debet euppQiii quod' se habeat tamquam esse quod, non ut ratio habqndi ut quo. Et sic modus subsistendi, seu habendi se ut quod, praecedere, et praerequiri debet ut aliquid habeat esse simpliciter, et perfecte, ita ut sit id quod est," non id quo est tantum. /Esse autem subsistenter. et esse ut quod idem est, quia id quod est ut quod, est per se, et non in alio, id autem quod tahtum se habet ut principium quo existendi, ex vi talis conceptus non excludit esse in alio, vel tamquam pars conponens, vel tamquam accidens inhaerens, quia omnia ista habent esse ut quo. Incipit autem discerni id quod simpliciter est, ab eo quod imperfecte est, per hoc quod est habere esse ut quod. Cum ergo in formali conceptu es-i sentiae divinae intret esse simpliciter, et perfectum, (259) et quod est actus purus, in illo conceptu praesupponitur modus ipse, et ratio habendi se ut quod, seu subsistendi.

XVI Seoundum quod colligimus est, quod in divini8 relationes terminantes, et incommunicabiles, quod pertinet ad rationem personae, non sunt medium, et prarerequisitum ad habendum esse, sicui in rebus creatis suppositum praecedit ipsum esso, nec dicitur aliquid alnpliciter esse, et existere nisi suppositum quod dat› perscitatem, et completum modum existendi Ipsi substantiae. Et hoc ideo, quia existere simpliciter, et perfecte non Invenitur in rebus creatis; nisi tamquam praedicatum contingens,"' et dependens, ac derivatum ab agente. Unde cum agens non producat rem in facto esse, et ut quod' productum nisi ipsum suppositum,' huic etiam communicat per se, et directe esse, et non dicitur aliquid esse nisi praesupponatur terminative suppo altatum. At vero in Deo cum ipsum esse sit a se, et independens, ac sinpllciter, et perfectissime existens, non dependet a terminatione relativa, et suppositali quod illud esse habeat perfectum modum essendi, et tamquam quod, quia ex se est ipsum esse perfectissimum, atque adeo cum modo perfectissimo, qui est per se. Relativae, ergo terminationes, et personales modi consequuntur in Deo ad ipsum esse, non praecedunt, scilicet ex abundantia, et foecunditate ipsius infiniti esse, quartenus continet non .solum genus absolutum perfectionum, sed etiam relativum : et sic oportet quod essentia identificetur ipsis, eisque det esse per summam identificationem, ipsae vero relationes inter se opponantur, et distinguantur, quod est ineomnunicabi11ter se habere.. Unde hoc e* qon&equenti se habet in divina substantia, et ex abundantia ipsius esse, non ut praerequisitum, -ut esse divinum sit esse independena ex se, et ut quod. 4 —

XVII. Tertium quod colligimuB est, non esse in Deo quatuor distinctae subsistentias, licet detur subsistentia absoluta, quia illa identificatur cum tribus relativis, nec opponitur, illis; et sic non fecit numerum cum illis, sicut essentia, et relationes non sunt quatuor res, sed tres res, et una summa res quae identificatur cum illis; quod provenit ex appellatione illius termini numeralis quatuor, qui appellatsupra distinctionem, et rationem formalem distinguendi, quae est oppositio, et ubi nulla est oppositio,- nulla est numeratio. Subsistentia autem divina, sicut et essentia nullo modo opponitur tribue subsistentiis; et sic non facit numerum cum illis. Secus est de relationibus, quae sunt quatuor, licet non quatuor Personae, quia sunt quatuor oppositae terminationes, et inde denoipinatur numerus relationum, licet spiratio activa, quae spirationi activae opponitur, identificetur cum paternitate, et filiatione; et sic non est ex omni parte incommunicabilis, sed solum .spirationi passivae, et hoc sufficit ut relative multiplicetur ratione terminationis diversae.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

XVIII. Objicis primo ex Vasquez : Subsistentia- secundum communem usum lo-

quendi Ecclesiae, et 'sanctorum patrum est idem quod hypostasis, sed in Deo, ut communi tritus Personis, non datur una hypostasis abs<*luta : ergo neque subsistentia. Minor est D. Thomae infra qu. 'XL, art. III, ubi docet quod remotis / proprietatibus personalibus non remanet intellectus hypostasis : (260) hypostasis enim significat aliquid distinctum indivinis, cum sit substantia individua; et sic idem est conceptus hypostasis atque personae; et sicut non datur in Deo una Persona, sic neque datur in Deo una Persona, sic neque datur una hypostasis. .Major autem probatur ex communi usu patrum. Nara in epistola Agathonis papae, quae habetur in sexta Synodo, actione quarta, indisCriminatim hypostasis vocatur persona, Ita quod correspondet hypostasis personalitati seu subsistentiae. Et Martinus I, in Concilio Lateranensi,' consultatione V, canone I, explicat quomodo sit unitas in Trinitate, dicens quod : "Est Deus in tjribus subsistentiis, quasi Graece dicatur hypostasibus.u Et in edicto fidei Justiniani imperatoris ad Joannem II, dicitur quod : "Omnes sancti patres consonanter nos docent, aliud esse naturam, sive substantiam, et formam, aliud subsistentiam, sive personam." Senper ergo sumitur subsistentia ex parte hypostasis sive personae, non ex parte' essentiae sive substantiae quae tribus Personis communis est. Idem docet Damascenus lib. de decretis -orimae institutionis c. II "Unusquisque homo est hypostasis, id ost, res per se existens." Et clarius S* Athanasius sermone in 'evangelium de sanctissima Deipara : "Efypostasis, inquit, sua interpretatione significat id quod subsistit." Sic ergo cum non debeamus in alia significatione accipere subsistentiam, quam in ea quae est in usu patrum, et Conciliorum, et Ecclesiae praesertim post compositam litem, quae olim in Ecclesia orientali fuit de hoc nomine hypostasis, non possumus nos ad libitum uti nomine subsistentiae, et eam ponere absolutum in Deo eum non ponam, hypoetaein, nec personam absolutam.

XIX Eejponietur neganto majorem vel potius distiagueuto ; si subsistontla sumatur pro subsistere iucomainicabi- ?' ? eona, seu hypostasis; et eiosunt solum tres subsistentiae 'relativke in Deo' Sfi sumatur subpistere pro eo quod- est praecise existere per se, seu' existere ut quod,'-et independeriter ut contraponitur ei quod est existere ip; alioj eeg/per aliud; sic non dicunt patres quod, rubsistentia est idem quod hypostasis, quin potius oppositum insinuant; praesertim Hieronymus Hilarius, AugustlnUs ct D. Thomas. ITam S. Hieronymus in epistola L7II ad Damasura, hypostasim non dicit esse idem quod subsistentiam, sed Idem quod substantiam, seu usiam, juxtaseocularium litterarum eloquentiam • "Tota, inquit, saecularium litterarum schola nihil aliud hypostasin, nisi usiam novit. n St certe interpretatio Graeca illi e Latino correspondens magis substantiam sonrt, quam subsistentiam. Dicitur enim flic6oTaoic seu Oitouaia ab quod est sub, et oGaid quod est essentia, quia subusia, vel subessentia, quod directe Cst substantia. Bt sl.c D Thomas in hac quaestior^mx art. II* ^ nt et articulo III ad III docet quod substantia secundum propriam significationem correspondet hypostasi. Et quia nomine substantiae nos significamus essentiam, contendebant olim Ariani sub hoc vocabulo hypostasis, tres substantias, seu usias, et essentias in Deo introducere; propter quod dicit Hieronymus ibidem sub hoc nomine hypostasis venenum latere, quia videlicet illo directe significabatur substantia, et non ita clare subsistentia. Loquendo vero do subsistentia, ut a nobis accipitur, subdit Hi ronymu8 .loco citato : "Una est Dei,‘ et sola natura, quae vere est; id, enim quod subsistit, non aliunde habet, sed suum est." Ubi ly natura quae vere .est, idem est .ac (2$l) natura quae perfecte est, quae simpliciter dicitur esse, et non in alio esse. Et cum addit : "Id quod subsistit, non aliunde habet," . ly non aliunde, intelligitur non ex. alio conceptu, sed ex proprio talis naturae. Patetur ergo in Deo absolutam subsistentiam, seu ine3se naturae, quidquid sit de pignificatione hypostasis, ouae tunc ambigua erat, nec «uniebatur etiam ab illis anti9ui8 pro subsistentia, quae est esse per Bed ,, Bul)Bt(mtla/%.el ersoaa. P dlceW cathoHcJ., ,Ut ibi refert Hieronyaie . „Si byl)0?t*als eBt eudBtantlae. non.eunt tres hypostases; si persona subsistens, sunt tres hypostases." Desub-

sistentia, (flxae est esse per se, sed pro substantia, vel persona. Et dicebant catholici, ut ibi refert Hieronymus : "Si hypostasis est substantiae, non sunt tres hypostases; si persona subsistens, sunt tres hypostases." De subsistentia vero non personali, sed pro per se existente, et ut quod, non controversia, sed asserta fuit a patriius, ut patet in Hieronymo citato.

XX. Idem dicitur ex HIlario VII, de Trinitate, circa finem ubi loquena de Patre, et Pilio dicit ; "Inesse sibi invicem ut subsistentiae naturae habeant perfectam unitatem, " vel, ut alii legunt subsistenti8 naturae : idem enim sensus est quod sit naturae subsistentis Unitas, vel subsistentiae naturae : si enim na>-tura est subsistens, datur subsistentia naturae. Et subjicit Hilarius de natura divina : "Ita esse ac subsistere, ut in subsistente insit, ita vero inesse, ut et ipsa subsistat." Item Augustinus VII De Trinitate, cap. IV : "Omnis res ad selpeam subsistit, quanto magis Deus," quae propositio affirmativa non tollit quod etiam relative subsistat, sed affirmat quod etiam absolute, ut omittam dictum igathonis papae in epistola quae habetur in sexta. Synodo, aet. IV, ubi dicit : "Tres Personas esse unum Deum, non trium nominum subsistentiam, sed trium subsistentiarum seu Personarum u-nnin subsistentiam." Sic enim habet antiqua loctio, nova vero quae habetur in Conciliis Coloniae l6o6, legit i "Trium Personarum unam substantiam;" sed non praejudicat haec lectio priori ; quare enim condemnabimus antiquam lectionem tot annorum usu firmatam ? De sensu D. Thomae Jam satis diximus. Qp.are constat patres si quando videantur negare in Deo subsistentiam unam, loqui de subsistentia personali, et conpleta, non de subsistentia communicabili Personis. Non aitem hypostasis postea ex comnuni usu Ecclesiae pro personali supposito, seu subsistentia completa sumptum est, et in hoc sensu loquuntur auctoritates adnctae a Vasquez, sicque substantiae nomen pro usia seu essentia, hypostasis pro persona in Ecclesia relictum est.

tyiod vero quidam respondent ad nostras auctoritates sumere patres aliquando subsistentiam pro substantia, vel subsistore pro existere, et sic nwnm in Deo fatentur, omnino futilre^est : icur enim patres non loquentur etiam proprie sumendo subsistentiam, et subsistere pro per se existere, quod non est solum existere, sed modus existendi, scilicet per se, nec est substantia solum, sed cum modo, scilicet per se, licet communicabiliter? Hoc enim negare patribus, est negare eis proprietatem locutionis, et ad impropria divertere.

XXI. Secundo arguitur pro sententia Vasquez; Q)uia essentia divina secundum se, et praecisis relationitus potest quidem considerari ut existens, quia est actus purus, et non est in statu purae possibilitatis, sed tamen illa essentia sic considerata non potest considerari ut per ee, sed ut communicabili8 tribus Personis, in quibus esse dicatur : ergo prout sic non concipitur cum modo existendi per se, atque adeo neque cum subsistentia absoluta (262), cujus munus est constituere ens per se. Consequentia probatur, quia illa natura ex vi talis conceptus sic praecisi consideratur ut terminabilis alio termino, scilicet relatione : ergo nondum per se. Nec sufficit dicere quod consideratur per se secundum quod ly per se opponitur huic, quod est esse in alio, ut in subjecto, non ei quod est esse in alio ut in supposito, vel, ut alii dicunt, est per se communicabiliter, non incommunicabiliter. Contra hoc enim est, tum quia hoc non sufficit ad rationem subsistentiae, alias humanitas in Christo diceretur habere subsistentiam creatam, quod est haereticum. St sequela patet, quia illa natura humana excludit hoc quod est esse in a-lio, ut in subjecto : nec enim est accidens, sed non excludit esse in alio, ut in supposito, quia terminata non est, nec incommunicabilis : ergo non sufficit habere existentiam non in alio, ut dicatur habere subsistentiam. Tum etiam quia in hoc consistit implicatio, quod dicatur aliquid habere subsistentiam, et tamen maneat communicabile. Nam id quod ©st communicabile alteri, habet esse ut quod, nec habet existentiam aut subsiBtentiam perfecte, et complete, sed lnconple-^©, mlron rationalis, quae subsistit communicabiliter, sed hoc ideo est (Iuia subsistit partialiter, seu ut pars ordinata ad totum. Nos autem non concedimus divinae naturae subsistentiam partialem, et incompletam, sed perfectissi-0801 • ergo inplicannr. in dictis, ex una

parta, ponendo in divina essentia subsistentiam absolutam, eamque perfectam, et non partialem, nec incompletam; ex alia dicendo esse communicabilem, cum in ipsis visceribus communicabilis subsistentlae imbibitur esse interfectam, et partialera, et incompletam.

Et confirmatur anplius ista ratio, quia vel essentia divina, quando afficitur personalibus relationitus, redditur per illas subsistens, vel. non : si non redditur subsistens : ergo relationes illae subsistentiae non sunt, quod negavimus supra, et vere negandum est, cum sint personalitates. Consequentia patet, quia si subsistentiae essent, redderent naturam quam afficiunt'subsistentem : si ergo subsistentem non reddunt, subsistentiae non sunt : si vero reddunt subsistentem naturaia : ergo afficiunt ipsam subsistentiam absolutam, ipsamque subsistentem reddunt, si quidem naturam afficiunt secundum omnia quae habet, et consequenter subsistentiam ipsam absolutam afficiunt. Subsistentia autem non potest affici ulteriori subsistentia, nisi sit in se inconpleta, et inperfecta, seu partialis, quia subsistere per aliam subsistentiam, est reddi subsistentem per illam; et sic non exi stere per se, sed ab ulteriori termino dependere, cui communicari potest, quod est contra rationem cujuscumque formae, quae non potest per aliam similem formari, nisi in se 1%'erfecta sit, sicut Una figura non potest ulterius figurari, Una actio alia actione produci, una unio alia unione uniri, una speciea impressa vel expressa alia specie reddi intelligibili8 et repraesentativa, '

Confirmatur secundo, quia-Ista absoluta subsistentia habet se ut'attributum respectu essentiae : ergo potest concipi essentia cum praecisione a tali attributo, ' sicut a'quolibet alio. Facta ergo tali praecisione, illa essentia manet ens increatum, et actus purus, et consequenter ut exietentia, et esse ipsum a se,' et tamen non'concipitur subsistens : ergo potest dari conceptus essentiae, et ipsius esse in Deo-sine subsistentia ; et tamen illo conceptus est de re (263) perfectissima, scilicet de esse divino. 8icut ergo tale esse potest concipi sine subsistentia sua absoluta, ita quod subsistentiam habeat per aliquod attributum, cur non poterit eadem essentia, et'idemlaet esse concipi ut perfectum, et tamen quod non habeat ex vi illius formalis conceptus subsis-* tentiam, sed ex relationibus, sicut in nostra sententia habet ex attributo adjuncto, sine quo concipi potest. Et idem argumentum fit de conceptu naturae divinae, quae concipi potest ut principium quo, et in ratione naturae, et non concipi ut quod, et tunc concipitur ut est ipsum esse, et nondum ut subsistens : ergo subsistentia subsequi potest ad conceptum perfectum ipsius esse, et consequenter non repugnat illi convenire per relationes. r

Respondetur ad principale argumentum, quod essentia divina4 ex suo formali conceptu non solum habet esse, prout oppouitur statui poesibilitatis, et ipsi nihilo praecise, Sed etiam ut opponitur esse iaperfecto, et dependenti, seu habenti illud, ut in alio, sive ut accidens subjecto, sive ut pars toti : sed per se habet esse ut quod, communicabile tamen suppositis relativis, ut terminantibus, et ineonaminicabilem reddentibus naturam sic personatam. Sed tamen non est communicabilis essentia divina relationibus, ut per illas sortiatur esse sinpliciter, quasi peripsam solum essentia insit relationibus, terminata autem per relationes non solum insit, sed sinpliciter sit, st habeat per se esse. ' Non sic est, sed natura divina a se habens purum, et infinitum atque independens esse, communicat illud relationibus ut sint, et ab ipsis solum accipit terminationem, et distinctionem suppositalem, in quibus una sit. Cujus signum est, quia natura sic communicata-non multiplicatur, nec in se, nec in suo esse, sed idem esse retinet in tribus Personis. Jfon ergo communicat illis esse solum ut quo, sod etiam ut quod, quia retinet unitatem suam ia tribus illis Personis, et esse,

XXII. Ex quo patet ad probationes seu replicas, quae fiunt contra hoc.

Ad primam dicimus sufficere hoc ad rationem subsistentiae quando sufficit ad rationem independentis existentiae, et perfectissimae, quae non potest concipi sine exclusione modi essendi inalio, et per aliud. It ad instantiam de humanitate Christi, dicimus ipsam omni carere subsistentia quia non excludit omnem rationem existendi in alio : licet enim ex-

eludat axistentiam ln alio, ut accidens in subjeoto, non tamen existentiam in alio, ut forma, et pars in supposito : solum enim explicatur nomine humanitatis prinoipium quo homo constituitur ut forma totali, et natura. Unde neque ex se dicit esse sinplicIter, et per se, sicut , id quod est, sed sicut id quo aliquid -est/ mediante autem supposito existit ut quod, et sic non habet ex se esse omnino independens a supposito, imo in sententia S. d&omae nullum esse habet, nisi mediante supposito;- natura autem divina independenter a supposito est ipsum esse ex se omnino independens, et perfectum, et per se; et sitf ex vi sui conceptus nec habet esse in alio, et in mbjeoto, nec dependentor ab alio ut a «tpposito,. licet communicetur supposito, non ut dependens ab illo in esse, sed ut ipsi comounioans esse ex se, et per se.

XXIII. Ad 8eeundam replicem dicitur non implicare, quod aliquid habeat subsistentiam, et sit communicabilis, non eolum sicut anima rationalis, quae subsistit ut forma inconpleta, et informativa (264) materiae, sed etiam ut forma perfecta, et in se habens esse perfectissimum, et independens : dupliciter enim potest aliqua forma,aeu esse communicari. Uno fnodo ob indigentiam sui, et ordinem ad aliquid perfectius, ad quod de se ordinatur : alio modo ex abundantia sui, et perfectissima foecunditate, et infinitate, quia bonum de se est communicativum, sicut subsistentia, et existentia divina communicantur humanitati, et essentia divina in ratione formae intelligibilis intellectui creata, non ex indigentia sui, sed ex abundantia perfectionis suae, non accipiendo ab illis esse, sed dando iliis perfectionem. Dicimus ergo quod si natura divina esset comnunicabilis Personis,- ut imperfectum perfectiori, ut pars toti, et forma, seu principium quo praecise ipsi conposito, et subsistenti, bene probaret argumentum esse impossibile, quod esset comnunicabilis, sic et quod esset subsistens. Si autem est communicabilis Personis ut habens in se omnem perfectionem, et eam illis communicans per identificationem, talis communioabilitas non tollit subsis-.* tentiam, in eo quod communicatur, sed solum quo4 subsistentia illa non habeat oppositionem, et incommunioabilitatem cum eo cui «jmmunicatur./^rajmenflm.vero procedit in his quae communicantur tamquam res inperfectae, et ordinatae ad ulterius esse, seu ab aliquo, in quo, vel per quod habent esse.

XXIV. Ad primam confirmationem respondetur essentiam divinam per relationes reddi subsistentem terminative, et incommunicabiliter• ndn quia ipsa-essentia in ratione naturae non maneat communicabilie alteri Personae relativae, cum sit communicabilis'tribus Personis, et non possit habere unum terminum relativum, nisi habeat alium correlativum, eed quia essentia divina ut personata, et illo termino relativo 'affecta, non sit alteri communicabilis, sed opposita. Redditur ergo natura ex ee absolute, et communicablliter subsistens, relative vero, et incommunicabiliter per relativam subsistentiam, non absolute subsistens, et quantum ad iqdependentiam in esse, seu modum essendi, et existendi per se, et non in alio, et ut quod; hoc enim ex se habet, sed communicatur relativae subsistentiae ut termino distinguenti et incommunicabilitatem facienti inter terminos relativos, quia oppositionem habet inter illos. St quando dicitur quod subsistentia seu natura subsistens non potest affici alia subsistentia, distinguo; alia ejusdem ordinis, et lineae, et secundum eosdem effectus formales, concedo; alia diversae rationis,. et lineae, et secundum diversos effectus formales, nego. Subsistentia autem absoluta habet in sua linea, et ratione reddere divinum esse per se, et non in alio fexistene, non tamen oppositionem facere, et distinctionem,' et incoranunicabilitatem, quia hoc pertinet ad lineam relativam. Et licet subsistentia absoluta respectu creatae subsistentiae sufficientem distinctionem, et incommunicabilitatem habeat, non tamen intra divinam naturam habet incommunicabilitatem, nisi mediante oppositione, quae solum pertinet ad lineam relativam. Keque ob hoc ipsa subsistentia absoluta est inconpleta, et imperfecta quia ulteriori subsistentia, scilicet relativa terminari potest, quia hoc solum habet locum, quando subsistentia ex tali terminatione perficitur in esse; si anteis ex tali terminatione non aoquirit esse;.sed eolum distinctionem, et incommunicabilitatem, et oppositionem in esse quod in se praehabet plene, st perfecte, utpote actum

 R5lTl

purum, (265) non quod ulterius acquirit, talis ulterior terminatio non supponit inperfectIonem in subsistentia conununl- cabili, sed solum quod non habet incom¬ municabilitatem, et oppositionem. Unde constat quod subsistentia -absoluta est perfecta, licet sit communicabilis, quia incomnunicabilitas solum addit ter¬ minationem, et distinctionem, quae ex oppositione relativa dimanat, non actua- litatem, et esse; et sic absoluta subsi¬ stentia omnem perfectionem subsistentiae habet, non omnem terminationem. Srenpla autem quae in argumento adducuntur de figura, et actione, et specie, non ur¬ gent, quia ibi sunt formae ejusdem pror¬ sus lineae, et ordinis, et sio posita una, datur incapacitas ad alteram.

XXV. Ad secundam confirmationem res¬ pondetur, quod subsistentia absoluta non se habet ut attributum, sed ut modus independentiae, et perseitatis in ipso esse divino, secundum quod tale esse est actus purus, et a se, et in suo per¬ fectissimo conceptu excludit omnem modum existendi in alio, vel per aliud. St haec exclusio non fit per attributum su¬ peradditum, sed per ipsummet conceptum perfecti esse, et actus puri; praesertim quiaattributa se habent ut proprietates, quae consequuntur naturam tamquam per¬ fectiones superadditae, aut principia operandi : haec autem subsistentia abso¬ luta perfectum est in ipsa linea exis¬ tendi et essendi, ita quod sicut ipsum esse ratione sui est lndependens, est perfectum, e.st non in alio, nec tamen independentia, perfectio, «ut exclusio essendi in alio non sunt attributa, sed ejusdem conceptus explicationes, et modi; ita subsistentia absoluta, quae in his consistit, attributum non est, sed ejus¬ dem conceptusdivini est modus, et expli¬ catio. Fatemur tamen quod ex nostro mo¬ do diverso significandi, et non ratione diversae rei significatae potest ille conceptus essentiae, seu esse divini si¬ gnificari in concreto, et in abstracto, per modum formae, seu principii quod, et per modum principii quo. Sed hoc totum non est per modum attributi, seu per mo¬ dum distinctae rei significatae, sed per modum diversae signifioationis ejusdem prorsus rei, quod scilicet idem esse, seu essentia divina significetur, ut di¬ vinitas qua est Deus in abstracto, et ut id quod est Deus^ ‹ pcje divinum in concreto, quod non addit diversam ra¬ tionem ex parte rei significatae, sed di¬ versum modum significandi ex parte nos¬ tra, quatenus sub modo abstracto, et con¬ creto idem significamus. St sic patet ad argumentum de distinctione conceptus naturae ut quo, et ut quod : sunt enim diversi conceptus ex parte modi signifi¬ candi, non rei significatae. Ut autem a- liquid sit attributum, debet dicere ali¬ quam rationem nostro modo concipiendi, diversam ex parte rei significatae, quia concipitur ut propriatas superaddita na¬ turae.

XXVI. Tertio arguitur : Essentia di¬ vina semotis porsonalitatibus non potest concipi ut principium operandi quod ; .ergo neque ut subsistens. Patet conse¬ quentia, quia subsistentia reddit naturam quae subsietit tamquam principium quod in essendo ; ergo et in operando ; nam operatio sequitur esse,' et esse ut quod, operatio ut quod : antecedens vero proba¬ tur, quia essentia divina semotis Perso¬ nis relativi8 non generat, neque genera¬ tur, ut definitur can. Damnamus, de sum¬ ma Trinitate, neque creat res ad extra, quia Personae creantes sunt Pater, et Fi¬ lius, et Spiritus sanctus. Unde de Filio dicitur, quod : Omnia per l-psum facta sunt. JTon ergo deitas sub (266) conceptu praeciso a personalitatibus operatur ut quod, et consequenter neque existit ut quod.

Confirmatur a simili, quia sicut hic Deus significatur in concreto ut habens deitatem, ita hic spirator ut habens vim spirandi, sed ly spirator non affert propter hoc subsistentiam seorsum a sub¬ sistentia relativa, sed subsistit ia sub¬ sistentia Patris, et Filii : ergo neque hic DeUs.

Confirmatur secundo : nam D. Thomas III p. q. II, art. II, probat naturam hu¬ manam debere uniri in persona, et non in natura, quia non datur medium inter natu¬ ram, et personam; et sic si unio non est facta in natura divina, quod est facta in Persona. At si datur subsistentia absoluta, haec ratio est inefficax, quia potest fieri unio, nec in Persona, nec in natura, sed in illa absoluta subsis¬ tentia ; ergo vel ratio D. Thomae qua probat veritatem catholicam, est vana, vel debet negari subsistentia absoluta. Bt in I, dist. XXVI, quaest. X, art.. II, dicit, quod : "Remotfc relationo non manet

subsistens relationi." It sic concludit ad quartum quod t "Remota relatione ne¬que Pater est quis, neque Filius est quis." Si autem natura divina secundum se esset subsistens, utique subsisteret relationi, non autem relatio primo, et per se subsisteret, sed adveniret subsi¬stenti.

Respondetur nagando antecedens. It ad probationem dicitur, quod divina es¬sentia praeintellecta Personis non gene¬rat nec operatur ut quod notionaliter, sed operatur ut quod essentialiter, si¬cut intelligit, amat, creat, providet,, etc. quia ad istas actiones non requi¬runtur per se Personae relativae, sed hic Deus ut subsistens operatur, et ut unus, conoomitanter autem ut trinus. Non est autem necesee ad hoc ut hic Deus sit subsistens, quod perertur ut qiod, etiam notionaliter, sufficit quodqpere-tur essentialiter. Nam ad operationem notionalem requiritur non solum virtus operandi, nec solum principium quod quo¬modocumque, sed oppositum correlative suo termino procedenti, si quidem debet producere aliquid distinctum ad intra, nec potest distinctum esse nisi per op¬positionem relativam.

Ad primam confirmationem respondetur non esse simile, quia ly hic spirator non iaportat ipsam naturam, et esse ab¬solutum Dei, sed potentiam, seu princi¬pium spirandi, quod pertinet ad actionem notionalem. Unde non potest subsistere nisi notionaliter, non absolute. Subsi¬stentia autem notionalis non datur, nisi sit Persona; et sic ly spirator non po¬test per se habere subsistentiam seorsum a Patre, et Filio, quia non est Persona relativa per se, et consequenter neque subsistentia relativa. At ipsa natura, et esse, per se, et ratione sui dicit esse Independens, et nonin alio; et aic .potest subsistere subsistentia non rela¬tiva, neque notionali, sed absoluta, li-oet communicabili, ut dictum est.

.Ad secundam confirmationem responde¬tur'^. 'Thomam non facere illam consequen¬tiam, sed hanc : Natura humana unita est Vetbo secundum fidem catholicam : sed non est unita Verbo in natura : ergo in Persona, quia in Verbo non est aliud quam personalitas, et natura; et ita si in natura ei non utitur, debet uniri in Persona. Quare D. Thomas non procedit absolute ex negatione unionis in natura divina, quod unio debeat fieri in Perso¬na, sed. supponendo ex fide unionem fac¬tam Verbo, discurrit, et probat eviden¬ter quod si non est facta in natura Ver¬bi, est facta in Persona, quia in Verbo non sunt'nisi ita duo, personalitas et natura, Nec dicit S. Thomas non (267) dari medium inter naturam abstracte sump¬tam, ssu ut quo, et Personam, et quando id diceret, et intelligeretur de medio secundum rem, et tamquam quid diBtinc-tum : nam subsistentia absoluta non dis¬tinguitur a relatione.

Ad secundum locum respondetur, quod remota relatione, non remanet subsistens relationi, id est, subsistens suppo sitar-liter, et per modum hypostasis, ut ibi dicit ; ratio enim hypostasis dicit in-communicabilitatem, sicut persona; sine relatione autem non datur incommunicabi-litas et remota relatione, Pater non est quis, neque Filius, quia tunc non manet Persona Patris, aut Filii, quae relatione constituitur, sed manet hic Deus, et ille erit quis tamquam subsis¬tens subsistentia absoluta, non quis tam¬quam Persona, et ut Pater.

Articulus III.

Utrum alnt ponendae In Deo quinque notiones^ t quatuor relationes, et tres proprietates^

I. ITotiones sunt quae pertinent ad dignosc.epda, et distinguenda ea quae relativa, et personalia sunt in Deo. Unde 'oportet videre quae, et quid sint istae notiones, et quomodo de ei eloquendum, ppaelibando tamen prius, quomodo a nobis Trinitatis mysterium possit cognosci.

EX EATURALIBUS EFFECTIBUS EST INCOGNOSCiBILIS TBINITAS.

II. Ut tractet D. Thomas quaestione mil, de notionibus quibus distinguimus, et discernimus in Deo relativa ah essentialibus, et Persqnas inter se, praemittit,"quomodo mysterium Trinitatis a nobis cognoscibile sit per naturales rationes. Dicantur autem naturales rationes illae' quae deducuntur ex effectibus ordinis naturalis. Ex effectibus autem supernaturalibus deduci possunt rationes altiores, quae si discursu nostro aequisitae sint; pertinent ad theologiam. Solet autem agitari ista quaestioa gendo de mysterio incarnationis ad quaestionem primam in tertia parte, et quae ibi dicuntur procedunt communiter respectu omnis entis supernaturalis. Specialiter autem in praesenti, quia hoc mysterium non est aliquid factum, sed increatum, et intra Deum, est difficultas, an peraliquem effectum manifestari possit, sive naturalem, sive supernaturalem. Et quidem de effectu supern&turali, sicut est visio Dei actus fidei quo creditur Trinitatis mysterium, et aliis similibus, solet id disputari tertia parte, quaestione undecima ubi agitur, an Christus per scientiam infusam cognoverit ervidenter mysterium Trinitatis quoad an est. Nec aliud in praesenti tractari potest, quam de cognitione hujus mysterii quoad an est : quidditative enim evidenter non potest attingi, nisi per visionem ciaram Dei.

III. Supposita distinctione data quod aliqui effectus sunt naturales, alii supernaturales, adhuc isti effectus superuaturales possunt considerari dupliciter. Primo, ut praecise sunt effectus, et respiciunt omnipotentiam Dei ut 6ausam efficientem, eamque terminant. Seeundo, ut respiciunt Deum tamquam objectum, et causam formalem'- Specificentem, sicut visio "beata reispicitDeum ut objeotum specificativum suum, ndn solum ut est unus; sed etiam ut est trinus; et fides respicit idem objectum ut proprium, et immediatum; et unio hypostatica, quae facta est, respicit Personam relativam Verbi ut terminum unitum.

IV. Dico ergo nullum effectum, neque naturalem, neque «xpernaturalem in vi effectus, et secandum respectum ad Deum, ut ad causam efficientem, posse manifestare nobis neo evidenter nec probabiliter mysterium Trinitatis, etiam quoad an est. At vero aliqui effectus supematurales possunt manifestare evidenter nysterium Trinitatis quoad an est per connexionem necessariam cum ipso tamquam cum objecto, aut extremo unito, sicut visio beatifica quae respicit Trlnitatem ut objectum, unio hypostatica, quae respicit Personam ut extremum unitum, Tacta autem revelatione hujus mysterii, at congruentiis illius cognitis, bene potest aliquis ex motivo naturali, relioto supernaturali, circa hoc mysterium daci, sicut oirca alia supematuralia.

Tres partes habet haec conclusio,

V. Et prima, videlicet nullum effeotum in vi effectus posse manifestare hoc mysterium, sumitur ex D. Thoma hic qu. XXXII, art. I.

St probatur, quia nullus effectus habet connexionem in vi effectus cum Personis divinis prout distinctis inter se relative, sed prout sunt unus Deus absolute : ergo non potest manifestare hoc mysterium. Consequentia probatur, quia nullus effectus potest manifestare suum principium et cauBam nisi ratione alicujus connexionis cum illo, quia effectus ejus est, et ab eo procedit, reliqua omnia cum quibas connexionem non habet, non potest manifestare quantumcunque alias siteonnaxum cum sua causa, iliique conveniens, sicut effectus procedens ab artifice, v.g. domus ab aedificatore,

potest quidem manife»td auftem a qua procedit, et hominem in quantum artificem, eed non potest manifestare alia, accidentia ipsitla hon pertinentia ad talem artem, T,g. au fUerit talis artifta albus vel fUscu.8, parrae vel magnae staturae, pinguis an gracilis, indutus veste rubea vel viridij totum hoc per talem effectum non est raahif©stabile, quia licet proces serit ab artifice habente tales conditiones, et accidentia, quia tamen non procedit ab illo ratione talium accidentium, nec connexionem habet cum Illis, non manifestat illa. Antecedens vero probatur, quia nullus effectus procedit ad extra, nisi per potentiam Dei creativam, et artem Del, seu ideas : ergo solum connectitur, et respicit Deum ut creatorum, et artificem; esse autem Deum creatorem, et artificem cujuscumque effectus etiam supernaturalis, est commune omnibus Personis divinis, quia procedit per attributum commune, quod est omnipotentia, et ars, -per intellectum ut dirigentem, et potentiam ut exequentem : ergo non potest manifestare aliquid in quantum effectus seu in quantum procedens a Deo, ut ab efficiente, nisi commane tribus Personis, quia solum procedit ab eo quod commune erft; ea vero quae sunt distincta, et propria in Personis, mauUfestare non potest. Itaque Personae ut distinctae, et oorrelativae inter se non influunt in oreaturas, quia non ut correlativae sed ut crehtivae respiciunt creaturas : ut correlativae enim solum ad invicem se respiciunt, quatenus una. est principium, et alia ex principio. Q^od vero respiciant creaturas, et quod Influant in creaturas, non habent per respectus ut oppositos, et distinguentes inter se, sed ut sunt unum in creando, et operando ad extra. Non ergo effectus ad extra procedens habet connexionem cum relationibus personalibus, ut ad intra oppositis, et distinctis, quia esse distinctos nihil conducit ad influendum ad extra.

71. Dices : Itiain Spiritus .sanctus procedit a Patre, et Tilio, ut sunt (269) unum principium spirandi, et .tamen qui cognosceret vim spirativam, deberet cognoscere duas Personas, in quibus vis spirativa est : ergo similiter licet creaturae procedant a tribus Personis, ut sunt unum principium creandi, tamen qui cognoscet istam vim creandi, cognoscet Personas in quibus est. Sed contra, quia vis spirativa licet sit una in Patre et Pilio, tamen ex sua formali ratione, et proprio oharactere requirit distinctionem Personarum, quia procedit Spiritus sanctus ex Personis, ut se mutuo amantibus, licet unico amore, quia procedit ex amore amicabili, qui requirit pluree personas reciproce se amantes. At vero virtus creativa non est- nptionalis, sed pure absoluta, nec requirit pluralitatem Personarum, etiam ut conditionem Intrinsecam ad creandum, licet concomitanter se habeant tres Personae, sed non influxive, aut cum connexione per se cum creaturis procedentibus, quia praeolas procedunt ab eo quod absolutum est.

VII. Instabis :\ In sententia eorum qui dicunt in Deo non esse aliquam subsistentiam absolutam,nisi tres relativas, et deitatem secundum rationem absolutam solum se habere ut principium quo, non ut quod, creaturae non procedunt a natura divina tantum, sed etiam a Personis, quia procedunt a Deo, non solum ut principio quo, sed etiam ut a principio quod. Effectus autem non solum de se manifestant causam suam ex parte principii quo, sed etiam ex parte principii quod. Ergo si in Deo principium quod non est una solum Persona communi,», quia non datur, sed tria supposita, et tres Personae relativae, effectus procedentes a Deo tales Personas manifestabunt, quantum est de se, licet nos de facto non cognoscam8 hanc manifestationem',' tum quia valde occulta est, tum quia eoe aequo convenit tritus Personis, nec unam seorsum et distincte ab alia manifestat : sicut etiam multa alia occulta Dei Judicia, imo et causarum creatarum rationes, ut cogitationes cordis, et alia similia non cognosclms, licet per effectus manifeetabilia sint.

Respondetur quod quidquid ait de illa sententia negante subsistentiam absolutam, tamen certissimum est quod in Deo dantur verae et reales operationes, seu actus habentes sufficienter principium quod, et quo, independenter a tribus Personis, sicut hic Deus amat, et intelligit, Pater generat, Pilius, et Pater spirant, nec tamen istae actiones procedunt a tribus Personis. Similiter est certum quod in ordine ad creandum tantum virtu-

tle. et potentiae habet una Persona, quantun canes tres slxul, undo ad cona¬ ti tuendus prlneiplua quod creandi, euf- flelt una Pereo na nec nagle confert ronconltantla trlux. Concedlnut ergo quod effectus xanlfeetant de ne princi¬ pius quod a procedunt, eed esi) eo rodo quo conduoit, et confert ad talea pro- ceeolonen. et non nnpllu». Dato ergo quod non elt eubeletentla abeoluta. ta- uen qjla ut operationes, et procoeolo- noe dentur a Doo. non requiritur concur- eso trlun Pereonanm. eed eifflclt hic Deus. vel aliqua Pereona. quia una eoi» habet totas vln producendi, et sufficl- enten ratione* subsistentiae, et princi¬ pii quod; et eic reliquae ex vl tollo procooolonle non annlfestar.tur : sicut el a> evidenter oclren allquen effec¬ tus procedere ad honlne. ut vidente, oou eudlonto. non tanen ex hoc praecise po¬ tero colligaro quod vldat duobus ocullo, vel audit daahie auritos, quia etlansl unun claudat, aeque bene videt.

mi. quo oequitur nale Tasque* ln praesenti disputatione QCKZIX, (270) csp. I, afflrnare contra D. Tbonox ln hac'quaestione XXXII. art. X. aliquos philosopho o cogrovieee hoc syeterlun : et otmla toatlnonia quae adducit, nihil aliud significant, quan quod D. Vftoxaa ex Aristotele, Platone, «t Trlssoglsto ln prino arguaento, art lotio prlns. ad¬ ducit. ot solvit, oatendens non fuioee philosophos Illos locuto o do Ipsis Per¬ sonis. et procaeolocltue divinis, sed de qultsisdan attrllutie. quae Personis «pproprlantur, ot fero ocaper locuti *int de proceeelonlbis ad extra, ot olr- ca creaturae, non ad Intra et circa Per¬ sonas nec unquax assecuti sunt ox natu¬ rali discursu unaa ossontlax ln tritus distinctis Personis, sed ei pluroe Per¬ sonas distinxerunt, otlax ot naturas Undo non tan cognoverunt. quan erravo- runt circa hoc nyotorlux divinae genera¬ tionis, erraverunt ab utero, locuti sunt falsa. Sl quid vero cognoverunt ox Sa¬ cra Scriptura, quan aliqui corax loge¬ nuit, occepta fuere. Certe Penius I ad Corlnth. II. dicit : Se loowl sanlentl- an ln nysterlo, euan neoo prlnolmn ha- JTs saeculi cognovit; nec videtur ali¬ quod esse augustius. et occultius n-sto rlun, quan hoc. atque adeo nlnus oognl- t'un est a prlnclpltyn hujua saeculi. qil ut inquit glossa, eint philoeophi, prin¬ cipes utique saecularie doctrlnao, eat cl saeculi principes suat daetenes, et ipsi ox naturali laxi ne nyeterlun hoc non cogr*>verant mlto nlnus philosophi.

IX. De possibilitate hujus ayeterll positiva, ldex dicendus est quod de lpea exleteatla. em de an est Ullus. Sax si hoc nyetorlun possibile est Dei. uti- que ds facto ost. quia quidquid Deo eet possibile, de facto el convonlt. sl Intra lpsun esse debet. De possibilitate nega tlva. sellicot quod non isqilicet contra- dlctloneo hoc t^sterlux, Iden dicimus qued non potest naturali ratione derons trarl, quia hoc aippenit notltlan lpslue nyetcrli. quonodo ealn ostendi potest non iaplicare nisi cognoscendo prius fanan ejus, et an eet ipsius t Hoc vero ex nullis offecti tuo por naturalea rationes haberi poteet. Et quidquid non ls^llcat in Deo perfectio dobet esso, atque adeo ei convenire. Et sic perlndo so habet poselblllltao negativa ot positiva.

X. Secunda pare conclusionis, scili¬ cet quod per effectus suparnaturales ha¬ bentes cormexlonen oxn Porsonls. vol cun aliqua Pertona Trinitatis, quatenus res¬ piciunt illea pro objecto, vel pro oxtro ro unito intolllgltur. quando lpsl «Tec¬ tus nuperaeturolee evidenter cognoscun¬ tur ln se, ut sl videatur soi cognosca¬ tur ln so qulddltative ipsa visio beata, qua vtdotur hoc iwatorlun It Ita ln hac parto'eat duplex sententia. Altera negat etian per letoe effectus pome co- gnoecl evidenter nyeterlun Trinitatis, otior quoad an oot. oo quod non habet cormexlonen per ea cun Trinitate tanquan effectus vel cauea ejus, ^uax senten¬ tias sequitur Torres 2-2, dleput. IX. dub. X. IX et III. Et ldex videtur een- tlre p. Vaaques hic disp. CSXXV. cap. IV et ln XIX p. dlsp LUX. capite X cun. V et n. Sed tanen ejus nece elc expli¬ cator a p. Alarcon hic tract. V, dleput. X, capite V. nux. IX, quod non absolute neget iveterlux Trinitatis non ponae co¬ gnosci ex evidenti et clara notitia visi¬ onis beatae, aut revelationis ayeterll Trinitatis, eed negat dari poeee evlden- ten notitiam lujue vielonle. aut lunlnla gloriae, et elnllan effectaun. quibus qulddltative attingitur Deus triaie ln ee. nlel Deua lpae videatur ln < i h

quod non potest quidditative cognosci ista visio, nisi' Judicetur esse conformis suo objecto : ergo si ipsa videtur ut quidditative attingens Deum in se, et videtur ut conformis (271) suo objecto, necesse tale objectum quidditative videri, quia illi ut quidditative est in se, conformatur talis visio. Qjiod secus est de actu fidei, quo credimus Deum esse trinum, quia licet certus sit ita quod ei non potest subesse falsum, tamen non repraesentat Deum ut in se est; et sic ut Judicetur conformis suo objecto, non est neoe8se videre illud intuitive in se, eed sufficit aliunde constare quod Deus trinus est. Altera sententia affirmat per hos effectus posse cognosci evidanter mysterium Trinitatis quoad an est, et de facto habuisse Christum evidentiam de illo quoad-an est per scientiam infusam. Qjiod communiter tenent .Thomistae ad tertiam partem, qu. XI, ibi pater Suares disp. XXVII, eect. III et V, Arrubal hic disp. tXVI, c. III et IV.

XI. Bos de hac difficultate hic latius tractanda supersedemus, in eo loco tertiae partis de ea acturi. Solum advertimus pro explicatione hujus secundae partis conclusi.opis, quod absolute negari non potest, ex talitus effectibus evidenter oognitis, ipsum mysterium Trinitartie, quoad an est, evidenter deduci. ^jiod patet, quia est necessaria connexio inter illum actum visionis Dei, et mysterium Trinitatis, quod est ejus proprium, et immediatum objectum : ergo non potest salvari ratio formalis, et specifica talis actus, nisi detur tale objectum : ergo qui cognoscit evidenter, etquidditative talem actum, cognoscit evidenter dari tale objeotum, quia ad illud objectum tendit, at ab illo speoificatur, sicut etiam qui cognoscit aliquam speciem vel repraesentationem, cognoscit ibi contineri rem repraesentatam, quae est objeotum ejus; et sic evidenter cognoscit dari tale objectum, si videt repraesentationem aut specificationem factam a tali objecto in ipso actu-. Beo est necesse ad hoc quod cognosoatur aliquid evidenter, quoad an est, quod, cognoscatur per medium quod sit oausa vel effectus ejus, sufficit quod interveniat secessaria oonnexio, ita quod hoc sine illo darl non possit;, sic enim evidens est illud dari, licet non oogruMipatur quidditative, ped solum quoad an est. Unde in mathematieis fiunt multae demonstrationes evidentes per media, quae non sunt causa, vel effectus, sicut probatur super quamlibet lineam rectam posse fieri triangulum aequilaterum, quia possunt ab extremitatibus cujuscumque lineae recte deduci duo circuli se contingentes, et lineae ab eorum centris ductae erunt aequales inter se. Concursus s(utem duorum circulorum circa aliquam lineam neque est effectus, neque causa ejus, vel trianguli, Certe si tota vis demonstrationis nititur in connexione necessaria extremorum, quomodocumque inveniatur ista connexio, demonstratio fiet, quia cogetur intellectus uno dato, alteri assentiri. Ubi autem intellectus cogitur, ibi est necessitas, et connexio veritatum. Praeterquam quod objectum respectu actus habet vim causae, quia se habet ut specl£icativum ejus, quod psrtinet ad causam formalem extrinsecam. f

XII. An vero possit dari evidens, et quiddltativa cognitio istorum effectuum supernaturalium, v.g. luminis gloriae, visionis beatificae, unionis hypostaticae eine visione clara ipsius Dei, et in homine pure viatore, certe in hoc ergo nuilam video inplicationem : nilla enim .creatura datur, quae sui ipsius copiam intellectui facere non possit, et sit intime, et quidditative cognoscibilis, ut est in se per aliquam speciem,, et lumen proprium, saltem supematurale extra visionem Dei. Si ergo ratione suae creatae entitatis, intelligibilis est per propriam speciem, (272) et intelligibilitatem suam, atque adeo quidditative, et evidenteT, et hanc entitatem habet distinctam ab ipso Deo ia se, cur non poterit cognosci in se quidditative, non viso Deo in se, sed prout continetur in tali effectu, scilicet in ippamet visione, aut revelatione ?

XIII. Qpod vero dicitur, necasse esse videre illud extremim cui conformatur visio, ut Judicetur illi esse conformem, frivolum est. Ad judicandum enim quod detur tale objectum, et quod illud sit objectum talis visionis, sufficit videre objeotum, non seorsum in se, sed ut contentum, in tali actu, seu effectu : ex hoc enim plane constat ejus esse objectum, et debere dari tale objectum, ut vere, et

non ficte versetur circa illud, sed tamen non est necesse videre objectum ipsum in se, sed sufficit aliunde cognoscere quod ille actus visionis est intrinsece verus, et certo atque evidenter non ficte versatur circa suum objectum; et sic videndo quod objectum illud ut contentum, seu attactum a tali actu, licet non in se, plene Judicatur tale objectum dari in se,, sicut ibi continetur, nec oprtet objectum ipsum in se videre, sed colligere per discursum daVi in re, quia continetur, seu attingitur a tali actu, et actus ille verus est, quod totum sine visione rei in se potest attingisicut Angelus cognoscere potest virtutem solis ad producendum aurum, etiairisi nullum aurum videat in se, et virtutem oculi ad colores videndos, et lucem, etiam antequam sit producta lux, vel color, quia videt illa objecta ut contenta, seu attacta ab istis potentiis, et ia proportione earum ad illa.

XIV. Dices : In deo esse ipsum est quidditas : .ergo si evidenter cognoscitur esse Trinitatis, seu Trinitas quoad an est, cognoscitur quidditas Trinitatis evidenter, eo utique modo quo cognoscitur esse, si abstractive, abstractive; si Intuitive, intuitive.

Respondetur quod si argumentum aliquid probaret, etiam probaret quod ex effectibus naturalibus ex quibus cognoscimis essentiam Dei ut unam, etiam cognosceremus Deum quidditative, quia ejus esse est ejus quidditas. Eodem ergo modo nos respondemus quod esse Dei, est ejus quidditas prout est in se. Ut autem manifestatur in effectibus ejus esse,"sic manifestatum quoad an est, et imperfecte atque connotative non est quidditas Dei. Itaque si manifestaretur esse Dei perfecte, ut est in se, etiam manifestaretur quidditas Dei, et quldditative manifestaretur : at vero esse Dei manifestatum interfecte, et prout in effectibus, non manifestat ipsam quidditatem divinam in se. Bene tamen ex tali esse eic interfecte manifestato, potest quidditas Dei quoad essentiam vel quoad Personas imperfecte, et per alienas species, etconnotative manifestari, sicut nos ratione naturali diBcumimus circa attributa, et quidditatem Dei; sic qui cognosoeret Trinitatem evidenter quoad euyast, etiam circa quidditatem relationum, et processionum poeset discurrere, sed non quidditative in se cognoscere.

XV. Tertia pars conclusionis, scilicet quod facta revelatione potest aliquis naturali discursu probabiliter de isto mysterio cognoscere, a nemine videtur negari posse. Tum quia daemones credunt, et contremiscunt, quia scilicet non ex pro affectu, sed indiciis, et slgnis quoad credulitatem coacti, quasi trementes credunt, non quidem fide supernaturali, sed naturali; tum quia haereticus non credens alios articulos, et credens Trinitatis mysterium, non credit fide supernaturali, et tamen assentitur huic mysterio; tum quia (273) potest aliquis paganus legens vel audiens hoc mysterium, et quomodo in Bcclesia tenetur, et explicatur, assentiri ipsi, ductus congruentiis, et aaqjlicationibus, quae de ipso dantur, et tamen non assentiri ex fide supematurali, nec ipsam fidem, et religionem Christianam acceptare ob alios fines. 8ed de his latius in' materia de fide,

DIJP3TCOJLTAT3B5 'GIRGA NOTIORUM, BT RELAIIORUM NUMSEUM.

Circa numerum notionum, relationum, et proprietatum duae sunt difficultates,

Prima, circa numerum notionum, an sint solum -quinque,

Secunda, circa relationes an sint vere, et in re quatuor relationes reales.

XVI. Oirca primam, communiter designantur a theologis quinque notiones, quatuor positivae, et una negativa. Positivae sunt paternitas, filiatio, spiratio activa, et spiratio passiva. Regativa est innascibilitas, seu esse ingenitum. Dicuntur notiones, quia Istis quinque nominibus, seu notis specialiter discernimus, et dignoscimus Personas. Paternitas convenit soli Patri, et filiartio soli Pilio : spiratio activa utrique Personae, Patri, et Pilio, quia utraque spirat Spiritum sanctum; spiratio passiva soli 9piritui sancto; innascibilitas convenit soli Patri,' seu esse ingenitum, quia hoc nomine non solum signlflcanus exclusionem generationis, et nartivitatis,- sed qani» proceeeionis ab ar-

lio. St hoc modo sst ^proprius character, et notio Fatale, seu primas Personae.

I7II. Hinc ortus est sorupulue Scoti in.I, 4ist. XXVIII, qa; I ad III, cur etiam inspirabilitas, quae significat negationem procedendi tali modo, scilicat per spirationem non sit notio, quae conveniat duabus primis Personis, quad non procedunt per spirationem : sicut enim pertinet ad dignitatem primae Personae, quod nullo modo procedat ah aliquo, ita pertinet ad dignitatem primae, et secundae, quod non 'procedant tali modo, * ecilicet per spirationem : cur ergo non erit* notio iaepirabilitas, sicut inaaSclhilitas. Qiod si innascibilitae «urna tur pro sola negatione generationis, et nativitatis, utique non erit propria sollus Patris, sed etiam Spiritus sancti quia non convenit ei generari, et nasci. Ad haeo-, sicut est dignitas Patris non procedere ab aliquor ita est dignitas Spiritus sancti non produoere aliquam Personam : ergo esse improductivum, erit notio Spiritus sancti. Tertio, plura alia nomina sunt designatlva Personarum, tum quoad origines, tum quoad Personas. Fam generatio, at nativitas significant originem, et possunt designare Patrem generantem, et Filium nascentem : cur ergo non erunt notiones t Similiter nomen Verbi, et nomen Imaginis in Filio, nomen doni, et nomen amoris spirati in, Spiritu sancto sunt nomina notlonalia, et designant Personas. Our ergo non erunt notiones ? Denique, oportetexplicare in ipsa notione negativa ianascibilltatis quid formaliter significet, an positivum, an negativum, lfam ei est sola negatio, non discernit* hec innoteSfcere faoit aliquid de Persona. Sl est positivum, oportet explicare quid sit,, an aliquid absolutum, et tunc non est- « notio, sed aliquid omnibus commune, an aliquid relativum, et tunc erit idem quod paternitas.

XVIII. Circa 8eeundam difficultate», illud commune occurrit, quomodo sint quatuor relationes reales, si non sunt ; quatuor res relativae : multiplicato, snim inferiori, necesse est nultiplicari superius, sicut (27*0 raultiplioato homine, et equo, multiplicatur animal;, sed res est superior ad relationem, sicut en. : gto*. It. qjiod sint quatuor relationes, multiplicantur. quatuor res relativae.. Hoc. autem est falsum, quia sic essent quatuor Personae, si sunt quatuor res oppositae : quaelibet enim res relativa distincta est subsistens incommunicabiliter, et res naturae, quod est. esse Personam. Et praeterea, quia spiratio activa non est res distincta a paternitate, et filiatione : ergo non sunt ^quatuor res, quia non est alia res spiratip activa a paternitate.

XIX. Hinc ortus eSt alter scrupulus et Duranda, et Sqoto. Ham Durandus in I, dist. Hil, quaesta II, vult spirationem activam distingui Realiter a paternitate, et filiatione; et sic eese quatuor res relativas^ licet sint solum tres Personae. Scotus,vero quodlibeto V,.art.II, in fine, vqlf.distingui has relationes ex natura:rei; distinguit enim Durandus quod aliud est in divinis differre realiter relative, aliud differre realiter personaliter, seu tamquam duo supposita. Relationes enim reales, ut ipse putat, differant realiter ee ipsis, sed non constituunt diversas Perqonas, nisi differant incommunicabiliter, et secundum oppositionem, cum autem spiratio aotiva non ait opposita paternitati, at filiationi, nec eis incommunicabilis, licet differat realiter, non constituet Personam. St est fundamentum pro sententia IXirandi, et Scoti (licet Durandus plura congerat argumenta pro ista parte) quia non eet identitas inter paternitatem et spirationem, inter generare et spirare : ergo est diversitas. Consequentia pateti Antecedens probatur :-nam ista praedicatio est falsa : Paternitas est spiratio, si- quidem haec est falsa : Generare est spirare, generari est-spirari : nam Filius generatur, non spiratur, et Spiritus sanctus e contra : ergo non habent identitatem ; ubi enim est identitas, ibi est vera praedicatio uniue de alio.. St eic generare est a Patre terminatum ad Tilium, spirare vero terminatum ad Spiritum sanctam : differt ergo unum ab alio. Ad haec Paternitas, seu generatio, et spiratio habent inter ee ordinem originis, quia generatio est per intellectum, spiratio per voluntatem, et voluntas supponit intellectum ; ergo est distinctio, quia ubi est ratio Originis, est ratio die-

tinctionis. Tertio, relatiodes istae paternitatis, filiationes, et spirationis sunt specie distinctae, quia habent fundamenta, et terminos distinctos? si quidem paternitas fundatur in generatione, et terminatur ad Filium, spiratio in amore, et terminatur ad Spiritum sanctum. C^iae autem distinguuntur speclfice, distinguuntur realiter; et sic non requiritur oppositio relativa ut distinguaatur, si ex se habent distinctionem specificam. Qiod ergo sufficit ad '4 distinctionem specificam, sufficit ad distinctionem realem in relationibus. Denique, uro sententia Scoti urget, quia aliqua praedicata conveniunt patemitati, quae non spirationi activae, et e converso : ergo distinguuntur ex natura rei. Consequentia patet,' quia dietinbtio ex natura rei solum ob hoc ponitur,. quia ante omne opue intellectus verificatur unum praedicatum de uno, quod non de alio, eicut commdnicabile verificatur de essentia, et non de paternitate; et sic distinguuntur ex natura rei apud Scotum. Antecedens vero constat : nam paternitas constituit Personam, non spi•ratio activa, spiratio' formaliter, et directe opponitur spirationi passivae; paternitas autem, et filiatio hon nisi radicaliter, et quatenus Continent in se spirationem : ergo aliquod praedicatum oonvenit uni in re, quod non alteri,

PHTHAS DIFFICULTATI EESPQUDHTOE.

XX. Dico primo : Humerus notionum recte constituitur,scilicet quod sunt tantum quinque notiones supra numeratae. Pro intelligentia hujus conclusionis supponenda est propria ratio, et'definitio notionis lh communi, ut'ex ejus •Hsceribus colligantis, quibus convenire possit talis ratio notionis. Definitur ergo notio a D. Thoma quaest. XXXII, art. III, quod est : "Propria ratio cognoscendi divinam Personam.Potest autem cognosci divina Persona, et discerni, vel a creatura, vel a divina natura, seu ab eo quod essentiale est in Deo, vel una Persona divina ab alia Persona. Discretio, seu notio distinguens Personam divinam a creata non est aliquid proprium Personae a^icujue, .sed commune omnibus,^scilioet^ipjqj^ st it&raa divina, et esse increatum, per hotJenlm dlstinguitur a qualibet creatura. Distinctio etiam'Personarum ab essentia divina sufficienter fit per generalem, et communem rationem PersOnae, -et relationis, cum eesentia in Deo dicat id quod pertinet ad genue absolutum, quidquid vero ad genus relativum, et personale pertinet, 'secernit, et distinguit a ratione absoluta, $xare ad hoc non exigitur aliqua nota, seu character, aut notio specialis quae distinguat personalia ab essentialibus cum aliqui comnune omnibus Personis in relativo, et personali axfficienter hoc discernat, sicut hoc nomen relatio, persona, origo, suppositum, etc. ergo debet esse aliqpa specialis nota, seu character discernens .-inter Parsona8› P®l* (luain scilioet aliquid speciale ^ Personis significetur ;? quod enim eet principium, seu ratio innotescendi, ali^id speciale eese debet, ut S. Thomae dicit in hac quaestione ixxil, art. III «d v- sio videaue quod omnee notiones distinguunt unam Personam vel ab aliis omnitne, vel saltem duas ab una, ut spiratio activjj distinguit Patrem, et Filium a Spiritu sancto.

XXI. Secundo, advertendum det quod notio cum de se dicat aliquid pertinens ad cognoscendam, diecernendamque Personam in sua propria ratione, non*'sumitur hic notio pro ipsa formali cognitione, qua fit ista discretio a cogniscente, eed pfo ipea formali ratione objactiva, id est, quae ex parte objecti se tenet seu ex parte ipsius Personae secundum quod Importat aliquam specialem notam, et characterem discernendi unam Personius, vel plures ab aliis. Qpae nota, seu character, aut forma per quam sic innotescit, et designatur una Persona ab alia non eet nece8se quod sit alia distincta a relatione, vel proprietate qua constituitur, sed eadem eese potest, licet sub divereo respectu 'dicatur relatio, proprietates, aut notio, quia ut dicit S. Thomae in I, diet. XXVI,. qu. II, art. III : "Paternitas dicitur relatio eecundum quod ad Filium refertur] dicitur entem proprietas in quantum eoli Patri convenit; dicitur notio in quantum est principium formale innotescendi Patrem." Igitur ipeamet. ratio, seu forma aut characteristica proprietas unius Personae erit notio, quatenus in.se in$>®rtat formale principium innotescendi taleis PSPMlXi«m.

mi. Qjiid satem requiratur, ut all-
<jaa nota BflU fortfca iit principium innotescendi, et diecernendi talem Personam, E. Ohomae in loco citato peaxlo post illa verba sic explicat : "Ad hoc quod aliquid dicatur notio (26) Personae, tria requirantur. Primo, quod ad originem Pertineat, quia relationibus originis Personae distinguuntur. Secundo, quod pertineat ad dignitatem, quia Persona est hypostasis, distincta proprietate ad dignitatem pertinente. Tertio, quod dicat aliquid speolale, quia commune non est sufficiens principium innotescendi. a Qpae conditiones valde rationabiliter ponantur, et oonformiter ad munus, et officium notionis, quia cum ponantur notiomes tamquam propriae rationes cognoscendi seu innotescendi Personam. Personae autem dicunt aliquid distinctum relationes originis, et iterum ratio Personae addit super hypostaaim, seu suppositum aliquid ad dignitatem spectans, cum dioat subsistens in natura dignissima, scilicet intellectuali : ideo illud debet sumi tamquam propria ratio innotescendi Personam, quod dignitatem sonet, et ad rationem originis epectet; et denique debet esse aliquid speciale in tali ?qt-80na, id est, quod neque sit oomrnne omnibus, cum notio sit propria ratio cognoscandi Personam, neque solum pertineat inadaequate, et minue principaliter ad talem notionem, quia illud manifestat, et innotescere facit quod magis eminet aut excedit in aliquo, non quod mima, et qUaBi Inadaequate in alio Involvitur, et includitur. Conetat enim quod eadem relatio Patrie, et habet referri ad Filium, et constituere Personam, et pertinere ad potentiam generatlvam ipsamque generationem elicere, sed non quodlibet monus ex istis facere debet distinctam notionem, sed omnia illa confluunt in tinum notionem integram Patris. Similiter lilius, et habet referri ad Patrem, et procedere et oonstituere secundam Personam, et in ratiene Filii includere quod sit imago, st intellectuale Verbum et rationem geniti, sed haec omnia non dicunt speciales rationes innotescendi

Personam, sed inadaequatas, st omnes pertinent ad unam adaequatam notionem Filii quae rationem originati, et prooedentis a Patre plene notificat. Illa ergo ratio quae in relatione aut ordine originis aliquid speciale, et princlpale repraesentat, et manifestat, vel ex parte principii originantie, vel ex parte termini origlnati, notionem specialem oonstituit, licet in tali ratione plures aliae Inadaequate formalitates aut respectus, vel officia concurrunt, quartun singula notionem non faciunt, sed ad notionem conducunt.

XXIII. Tertio denique, supponendum est dari istas notiones, easque esse necessarlas ad explicationem, designatio^-nemque Personarum, et illis communiter patres esse usos. Necessitas quidem ponendi notiones optime explicatur a D. Thoma hic art, II contra Praepositivum, quia invenitur in Deo una essentia cum tribus Personis, et iterum una Persona cum pluribus relationibus, seu rationibus principii originantis, aut termini orlginati, et procedentis. Oportet ergo in essentia, et Personis designare, et dietinguere id quod essentia una, scilicet ipsa divinitate, et rationes quitus Personae sunt tres et inter se discernuntur, et distinguuntur, scilicet relatione patris, et lilii, quae unico nomine dicitur paternitas, et filiatio.' Similiter cum in una Persona inveniantur diversae relationes principii, sut relationem prlncipii, et termini originati oportet discernere. qua ratione est unum principium et qua aliud, qua ratione est procedens, • qua prinoipians t licet enim una relatio possit respicere plures terminos inadaequatos, et partiales, etiam si partialiter, et inadaequate differant specie, materialiter, et partialiter; tamen plures terminos adaequatos, (277) et specie adaequata diversos, non potest unica relatio raspicsre : sic enim his diceretur ad aliud usa relatio, quod negat philosophus V Metaph. c. de ad aliquid, quia totp. assentia relationis est ad aliud se habere; st sio si dicitur bis, est duplex ad aliud. Oum ergo Pater sit principium Filii, et 9plritus sancti, et Filius eit terninus Patris, et principium cum Patre 9plritue sancti, et istae relationes adaequatas sint oum suis terminis, et nen respiclat una terminos partiales, oportet aliquibus rationibus, s*u notis, sut characteribus discernere istas Personas in ratione talium principiorum, et relationum, seu officiorum. Ft patres sunt usi lfctls notionibus, ut videri potest ajxid S. Basillum lib. II adversus Funomium, et «piat. XXXVII ad Oregorium frairam : "Pater,c inquit, qui super omnia

Daas est, peculiarem hypostaseos suae hotionem solus habet, quod Pater est, et quod ex nulla omnino causa subsistit, atque isto iterum Judicio, et ipse proprie ac separatim agnoscitur." Augustinus V de Trinitate, c. VI : "Alia notio est qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus, Damascenus lib. III De Fide, c. V, et citatur a D. Thoma hic art. II : "DIfferentiam hypostaseon, id est, Personarum in tribus proprietatibus, id est paternali, et filiali, et processionali recognoscim8jn

XXIV. His suppositis conclusio posita, quae est D. Thomae in praesenti quaestlone XXXII, art. III, et in I, dist. XX7I qu. II, art. III, et aliis multis locis, sic ab ipso colligitur, praesertim istis duobus locis : Personae divinae distinguuntur, et nultiplicantur secundum originem, et processionem unius ex alio. Ad processionem autem,et originem duo pertinent; alterum ex parte principii a quo est alius, alterum ex parte termini qui ab alio. St utrumque potest innotescere, vel affirmative, vel negative. Affirmative, secundum influxum, et processlonem ipsam, negative per negationem procedendi ab alio, vel producendi, vel originandi aliud, quod est vel negare rationem principii, vel rationem procedentis. Si ergo affirmative, et positive sumamus originem, et processionem, constat in Deo esse solum duas processiones, alteram intellectus, alteram voluntatis, Srgo solum ponendum est duplex principium, et duplex terminus; et oonsequenter daplex relatio principii originantis, et duplex relatio termini originati; et sic fiunt quatuor notae, sou formae distinguentes istas relationes, et Fersonas seeundum rationem principii, et germini, scilicet paternitas tamquam principium Filii, et filiatio tamquam terminuB paternitatis : similiter spiratio activa ut principium Spiritus sancti et spiratio passiva ut terminus ejus. Bt istae notiones sunt relativae seu relationes. Non tamen omnes quatuor sunt proprietates, quia spiratio activa est communis Patri, et Filio, cum eis non opponatur. Nec itorum omnes istae sunt notiones personales, id est, constitutivae Personarum, licet Personis conveniant, quia communis • spiratio non potest constituere Personam seorsum a Patre, et Filio, cum eis non opponatur. Nec iterum omnes istae sunt notiones personales, id est, constitutivae Personarum, licet Personis conveniant, quia eonummis spiratio non potest constltuere Personam seorsum a Patre, et Filio, cum eis non opponatur, et consequenter 'bi* identificetur.

^DCV* Si autem ea quae ad originem pertinent sumantur negative, tres negationes invenieans ad processionem pertinentes in. divinis.

Prima, e»t negatio principii, scilicet quod eliqua Persona sit nihil producens, sictft eet in Spiritu sancto,

Secunda, negatio est procedendi, scilicet quod eit aliqua Persona non (27S) procedens. Bt hoc dupliciter, vel quia simpliciter non procedit ullo modo, sicut later, vel quia non procedit tali speciarli modo, sicut Filius non procedit spirartive; et sic est non spiratus, et inspirabilitas illi convenit, et a fortiori convenit Patri : sunt enim spirator, non spirati, et in generari convenit ^iritui sancto et a fortiori Patri, qui etiam non generatur. Prima negatio, scilicet non esse producentem Personam non pertinet ad notionem, quia ex una parte illa negatio solum declarat formaliter quid non sit, non vero quid sit : virtualiter autem, et per clroumloquium non exprimit aliquid notabile, et ad dignitatem pertlnens, quia non producere, ut sic nihil dignitatis specialis affert. Ut autem sit notio, debet vel formaliter vel lmplicite, et Virtualiter explicare quid altquid sit, non pure quid non sit : ideo enim, et nomina infinita excluduntur a ratione nominis, quia non sunt notamen rei : nec designant aut notant aliquid i& re, sed Bolum quid non sit dicunt, Bodem autem modo negatio producendi non absolute, et sis^llolter, sed non producendi isto modo, v.g. generative, sicut Filius non generat, licet alio modo producat, scilicet spirative, nihil anctoritatis aut dignitatis in hao praecia* negatione explicat. Tertia negatio, stllioet non procedendi ab aliquo non slmpllciter, Bed tali speciali modo, scilicet non spirative, non;dicit aliquam peculiarem dignitatem, quia formaliter solum explicat quid non sit illa Persona, scilicet non spirata, virtualiter autem, et per circumloqulum non explicatur aliquid dignitatis specialis, quia supposito quod

illa Persona procedit, aeque dignum est non .procedere per, voluntatem ac procedere per intellectum. Secunda denique negatio, scilicet nullo modo procedere notio 'est propria Patris^ .'et nomine ingeniti, aeu innascibilia designata, quia licet de formali aolum e:q>licet quid non'ait Pater, Juxta quod dicit .Augustinus V de Trinitate, c. III, quod : "Oum ingenitus dicitur Pater, non quid sit, sed, quid non ait, dicitur," tamen ex alia parte per hanc negationem circumloquimur magnam dignitatem,et auctoritatem principii per modum capitis, et fonti» omnium proceqsionum divinarum, nullam aliam habentis originem ab alio; serrer enim quod est ceq>ut, et quasi primum, negationem emanandi ab alio debet habere, ,et talis negatio circumloquitur, magnam dignitatem, sicut infinir tum, ;increatum, ineffabile, licet negationibus explicentur, magnam tamen perfectionem per illas negationes circumloquinur»' $ia« dignitas, non eat in Filio eo modo quo in Patre, aed est tanta dignitas alio modo, scilicet per modum geniti, et exprimentia totum quod est in Patre. Ita colligit S. Thomas has potiones, praesertim quae ad negationes pertinent loco, citato ex primo sententiarum, dist. XXVI. It sio sunt .quinque tantum notiones; una negativa, et propria Patris, non tamen personalis, scilicet innascibilitas. Qxatuor positivae, scilicet paternitas, quae etiam est propria Patris et personalis; filiatio propria Filii, et personalis; spiratio aotiva non propria, sed communis Patri et Filio et non personalis; apirartio passiva propria tertiae Personae et personalis. Dicitur personalis, quae constituit Personam.

im.. FUit praeterea necessarium assignare Patri notionem illam negativam innascibilis propter Arianos, qui contendebunt Patrem distingui a Filio, non solum relatione, sed etiam substantia, eo quod ly ingenitum cum non significet relationem, inferebant ipsi concernere substantiam, sicut ly lncreatum; et (279) sic differre Patr.em a Filio in substantia, quia differt in ratione ingeniti. Sed respondet Augustinus 7 de Trinitate, 0. III, ingenitum non dicere substantiam, sed negare relationem procedentis ab alio. Unde concludit capite septimo : "3*on nGcbditrr^e praedicamento relativo cum ingenitus dicitur;" videlicet, quia esse ingenitum in Patre solum uegatrelationem ab alio, et ita ly ingenitum est notio relativa negative, non positive.

Ad fundamenta, et objectiones contra hanc primam difficultatem ex dictis constat.

XXVII. Ad primam de inspirabilitate dicimus hanc negationem non inportare specialem manifestationem alicujug dignitatis in Personis procedentibus : non enim significat quod nullo modo -procedant, sicut ingenitum in Patre, spd tantum quod tali modo non procedant, puta per spirationem, vel per nativitatem. Negare autem talem modum procedendi, tantum, si alias procedunt Personae, non est explicare in. eis. aliquid specialis auctoritatis, sed pure quid non .sint. Bdc autem non sufficit ad notionem ut declaratum est. Nec innasQibilitas quae est notio Patris significat solum negationem nativitatis : sic enim etiam convenit Spiritui sancto,'sed negationem omnis processionis ab alio : sic enim significat caput st fontem omnis originis, et prooessionis in Deo, et est notio primae Personae, ut prima est.

XXVIII. Ad secundum etiam eX dictis patet quod non producere, per se ,non est dignitas aliqua, sed negatio foecuaditatis, ut docet S. Thomas hic. art.- III ad IV, negatio autem essendi ab alio de se explicat dignitatem primi, quia Pater est prima Persona in divinis. Vide etiam quae dicinus infra ciroa solutionem ultimi argumenti in fine hujus difficultatis. Neo ex hoo inferas, quod non producere in Spiritu sancte est inperfectio, seu indignitas, aut quod aliqua dignitas ei deeBt,-scilicet illa quae est in Patre, et non in ipso, Bespondetur enim quod in Spiritu sancto non est imperfectio, aut indignitas non producere, quia non spectat ad Ipsum relatio producentis, sed relatio, seu correlatio termini producti. Ad relationem autem termini non pertinet relatio principii, sicut -ad relationem principii non spectat relatio termini. Nec est indignitas, aut inperfectio .esse terminum principii divini, quando terminus eamdem naturam, et aequalitatem habet cum principio. Unde non deest illi dignitas Patris, sdd habet eamdem dignitatem Patris sub alio modo : id enim quo4 iSt Patre est dignitas

principii, in Spiritu sancto est digni¬tas termini, quia potest tantum'princi¬pium terminare, et ei adaequate corres-ponddre^ Caeterum haec dignitas non ex¬plicatur per non producere, sed per spi¬rari,, et producere. Dignitas autem pri¬mae Personae, ut primae, explicatur per non pro.cedere, seu per ingenitum, ut ne¬gat'omnem processionem ah alio.

XXIX. Ad tertium respondetur illa omnia non pertinere ad notiones, nec in vim notionfcun.a sanctis patrihus, esse ac¬cepta. Nam nomina' significantia origi¬nes quasi in fieri, et tendentia non no-tlficant' Personas, sed actus earum,, actus autem supponitur Personas, et consequen¬ter supponunt distinctiva earum, et ea' per quae innotescere possunt ^n sqipsijs. Unde origines ipsae significatae per n*o-dum actionis, et fieri, et tendentiae' non sunt primo, et per se distinctae Per¬sonarum,- quia nec constitutivae, cum ,si-gnificentur ut in via et .tendentia, non ut in se et per se stantes : ergo neque sunt notiones primo et per se, sed suppo¬nunt alias formas, 'et notas distinguen¬tes, (280) et constituentes. Et eic so¬lum reductive pertinere poterunt ad no¬tiones tamquam quid consecutum, et ortum a Persona' vel ad Ulam tendens; et sic accessorie sunt notiones, non primo et per se. Idem quod dicimus de actibus si¬gnificatis per modum originis,, et tenden¬tiae, dicimus de potentia generativa, et spirativa, quia haec non significaWr ut Persona,- sed ut virtus Personae; et sic supponit aliquid aliud', quo innotes¬cit Persona, et quae est notio principa¬liter, et siapliciter. Ea vero nomiha quae designant Personas, et non 'Sunt no-tioneq, ut imago, Verbum, splendor,' et similia,. ideo notiones non. sunt,, quia inadaequate pertinent ad unam, et earadem proprietatem, imbibunturque, et.ihpiudun-tur in nomine Pilii, seu. filiationis, quae omnia illa adaequate includit; 4t ideo non sunt notiones distinctae, 'sed conditiones, aut inadaequate rationes e-Jusdem proprietatis. Sumitur hoc ex D. Thoma infra qu. XXXIV, art. II ,ad III, . ubi Inquit quod : nIpsa nativitas Pilii, quae est proprietas personalis ejus di¬versis nominibuB significatur a£ expri-mendum diversimode perfectionem ejus.- Nam ut ostendatur .oonnaViralls P^tri di¬citur Piiius, ut Ostendatur coaeternus dicitur splendor, ut ostendatur Omnino similis dicitur 1-fflagO, ut ostendatur, im¬materialiter genitus dicitur Verbum. - Non aiutem potuit unum nomen inveniri per quod omnia ista designarentur. tytare illa nomina Verbi, imaginis, amoris, etc. licet specialibus Personis conveniant, non tamen dicuntur speciales notiones, quia omnes includuntur in una proprieta¬te, et notione filiationis aut spiratio¬nis, <juae 8eeundum diversas, et inadae-quatas conditiones seu fofmalltates omnia illa includit/

•' XXX. Ad ultimum in quo'inquiritur, quid' de formali dicat ingenitum,- seu in-nascibilitas, an negationem, an aliquid positivum, quia"specialem difficultatem habet, pertinetque specialiter ad Perso¬nam Patris sequenti disputatione, arti¬culo primo tractabitur. Nunc solum dici¬mus, ingenitum importare de formali nega¬tionem processionis ab aliquo principio, non .tamen hanc negationem nude importa¬re, sed ut fundatam, et nraesupponentam rationem Personae, et principii, quod tamen non pertinet ad rationem formalem Ingeniti, 'quasi constitutivam ejus, sed quasi praesuppositam, ut D. Thornas docet in I, dist. XXVIII, 'qu,. I," art. I ad 1, nec negat, sed-potius confirmat infra qu. 3QKIII, art; Iv, in corpore, et ad pri¬mum, dum' ponit significari per ly ingeni¬tum principium non de principio. Pura enim negatio essendi ab alio non potest dignitatem exprimere, cum hoc etiam in¬veniatur ih his quae nihil sunt; et sic ab alio non sunt, sed negatio essendi ab alio in eo quod est Persona aut princi¬pium, dignitatem eJuA designat explican¬do id quod primum efct per negationem al¬terius prioris. Quod vero ly ingenitum inportet de materiali Personam illam, vel principium sub particulari conceptu Patris vel principiisic Vel sic influen¬tis, et prout relati adl tales Personas, hoc alia quaestio eat, de quodiscutietur citato loco infra disputatione sequenti, articulo primo.

Quod si domum inquiras, quomodo spiratio activa dicatur notio Patris et Pilii,' cum non sit proprietas ut D. Tho-mas doo.et in hac quaestione XXXII, art. III, et tamen notio dicitur quod, est pro¬pria ratio dignoscendi Personam : si au¬tem sufficit «ase proprietatem duorum, et

non unius tantum, simili ratione non spiratum ut fundatur, et supponit duas Personas, sed Patrem, et Filium, quitus tamquam suppositis convenit, dicetair notio Patris, et Pilii, (281) respondetur non requiri ad notionem quod sit propria ratio dignoscendi Personam tantum unam, seu sufficit quod sit ratio propria dignoscendi Personam, sive unam, sive plures, prout ab aliqua alia discernuntur, sicut bipes est proprium hominis, sed non solius hominis, sed etiam sevis, prout tam homo quam avis a quadrupede differunt. Qio exemplo utitur S. Thomas ad explicandum hoc in opusculo II, c. LIX,. Addo quod spiratio communis est propria notio duarum Personarum, non quatenus plures Personae sunt, sed quatenus conveniunt, et sunt unum inratlone principii epirativi : sic enim est notio Partris, at-Filii,* non ut Pater, et Filius, sed ut unus spirator. De ratione autem non spirari passive, jam diximus quod licet duabus Persdnis conveniat, nihil tamen dignitatis aut principii vel termini originis explicat; et eio notionem non designat. Imo non spiratum includitur in ipsa ratione spiratoris, et spirationis activae, quia hoc ipso quod est spirator, opponitur spirato passive; et b!o non est spiratum passive, quia opponitur illi. Inspirabilitas ergo, seu non spiratum non est notio seorsum, et per se, quia est inclusa, et involuta in spiratione activa, sicut non genitum, seu non Filius includitur in paternitarte, neo est notio distincta. $iod secus est de ingenito absolute : nam. in ipea ratione principii quod habet in quantum Pater non Involvitur quod non sit ab allo ullo modo, sed solum quod non sit genitus sicut Filius cui opponitur.. St ideo debuit distincta notione explicari quod sit omnino innascibilis, id est, a nullo alio procedens ut explicaretur quod esset prima Persona in ratione primae. Qjiod etiam oportet notare pro discrimine inter innascibilitatem Patris, et inspirabilitatem, quod illa sit notio. non ista.

SECUNDAE DIFFICULTATI SATISFIT.

